



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Secunda causa. Accusare docet, ac appellare secunda. Octo quæstiones
secundæ causæ, & in ea quinta præcedit quartam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

1. Probatur] In originali hac adduntur, si perfectum esse debeat.

C. XXVI. g. Inverlib. 9. Cod. tit. a ad legem Juliam reprobatarum Imp. Theodosius ac Valentianus A. A. Florentina.

7. Ancimus ejusmodi viros ad provincias regendas accedere, qui ad honoris insigniam non ambitione, vel pretio, sed probate virtute, & amplitudinis tuæ, b. solent testimonio promoveri: ita sane, ut quibus hi honores per sedistur, vel per nostram fuerint electionem commissi, jurati inter gesta deponant, se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam personam in fraudem legis, sacramentique, aut donationis, venditionisve titulo, aut alio velamento ejusque contractus: & ob hoc (exceptis salariis) nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo præfito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerint, accepturos. Et licet neminem divini timoris, contemnendo jururandum, arbitremur immemorem, ut saluti propriæ ullum commo- dum anteponat, tamen ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungatur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus tantem, accusandi cunctis tanquam publico crimine, concedimus facultatem, quadrupli poena eo, qui convictus fuerit, modis omnibus sciendo.

C. XXVII. g. De eodem. Item Paschalis Papa.

Pateat simoniacos, veluti primos & præcipuos hæreticos, ab omnibus fidelibus respiciendos, & si commo- niti non resipuerint, ab exieris potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hæ- reticæ quali pro nihilo reputantur.

g. In tribus vetustis exemplaribus post caput sancimus, omis- sa inscriptione Paschalis, & capite isto, Patet sequuntur continenter subiecta Gratiani verba, His breviter, &c.

Hæc breviter præmissa ad ea veniamus, quæ ecclesiæ severitate discipline parata est ultio, ostendentes, quibus occulantibus, vel resistentibus quilibet sint commoventi, quo iudice quisq. debeat condemnari, vel absolvi, si causa variata sit, quo remedio possit sublevari si accusatores descierint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et ut factus pateat quod dictum sumus, exemplum ponamus sub oculis, in quo auctoritates hinc inde contravenientes distinguantur, & quæ sanctorum Patrum sanctæ auctoritas, liquido continetur.

CAUSA II.

Vidam Episcopus de lapsu carnis a laico impetrat. Duo monachi, unus sabitanus, & duo levita. ad- versus ipsam testimonium ferunt. A metropolitano suo senit se pregraviari. In ipsa ventratione causa res ex testibus descierunt, sive promissione decipi- c. sive canonica examinatione reprobari. Expoliatur tamen Episcopus, quia crimen quæ notorium erat.

- 1. Hæc prima queritur, an in manifestis iudicarius ordo sit requirendus.
2. Secundo, an expoliatus ab aliquo sit iudicandus.
3. Tertio, qua poena sint ferendi, qui in accusatione, vel testifica- tione descierint.
4. Quarto, an diversum testimonio sit condemnandus.
5. Quinto, si descipientibus accusatoribus sit cogendus ad purgatio- nem.
6. Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibitur.
7. Septimo, si laici, monachi, vel quilibet inferiorum ordinum in accusatione majorum sint audendi.
8. Octavo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.

a. Ut. 27. l. 6. b. al. sua. c. al. illi.

QUESTIO I.

Q. Vad autem nullus sine iudicario ordine damnari va- leat, auctoritatibus multis probatur.

C. I. g. Damarianus valet, nisi aut con- victus, aut sponte confessus.

De eo narra, ait August. hom. 50. de utilitate penitentiae.

N. Os a in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum, aut sponte confessum.

C. II. g. De eodem.

Item Constantinus Imperator. Iudex * criminosum discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

g. Habetur caput hoc Cod. Theodost. l. 9. tit. 40. in legis prima in- terpretatione, item, in capitulis Hadrian, c. 57. & C. 3. c. 156.

Hoc a idem testatur Augustinus, & eisdem verbis.

1. Hoc] Absent ista ab uno ex pervestiti exemplaribus.

C. III. g. De eodem.

Item Gregorius lib. 3. epist. 30. Sicut b. sine iudicio quenquam nolumus condemna- ri, ita quæ iuste i. diffinita fuerint, nulla patimur excusatione differri.

1. Iuste] Absent vox ista ab originali. In uno autem manu- scripto Gratiani est, iusta sunt diffinita sententia.

C. IV. g. De eodem.

Item Eleutherius Episcopus ad Episcopos Gallie.

Nihil e [contra d quemlibet accusatum] absque legi- timo, & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam suum esse sciebat; sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus.

C. V. g. De eodem.

Item Felix Papa I. ad Patrem Episcopum.

Primates e accusatum discutiens Episcopum, non ante sententiam proferat damnationis, quam Apo- stolica i freta auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè s examinatos regulari- ter testes convincatur. Alter irritam esse censemus, & injustam Episcoporum damnationem, & idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis sub- veniatur causis.

1. Apostolica freta auctoritate] Hac addita sunt ex- pistola Felici & Zepherini. Nam damnari Episcopi sine consensu & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc possunt. 39. c. c. discutere, & alibi.

C. VI. g. Multi per tolerantiam sustinendi sunt, quamvis sen- tentia divini iudicii sint condemnati.

Idem decrevit Zepherinus Papa. * Item August. 1.

V. Nus ex vobis me traditurus est. Bene dixit, g. ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, a quibus per iudicariam potestatem confessus, aut convictus, ex- clusus non est. A me verò, qui nullis indigeo argumen- tis, & omnia certissime novi, separatus & divisus est. Ta- le enim est, ac si diceret, est ego cum per occulti iudicii sententiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum, per tolerantiam sustinetis.

1. Augustinus] Sic in multis vetustis exemplaribus: quan- vis verba huius capitis apud S. August. non sunt inventa.

C. VII. g. Nullum servetur iudicium, nisi ratio- naliter habitum.

Item Gregorius Ianni defensorisanti in Hispaniar, lib. 11. epist. 30.

In primis b requirendum est de persona Presbyteri dilectissimi i fratris & Coepiscopi nostri Ianuarii,

a sup. ea. multi. * In capitulis per Hadrianum collectis. c. 37. Cap. 3. c. 156. Burel. 136. c. 6. Pamm. l. 4. c. 111. b. Anst. 3. c. 30. c. Anst. 13. c. 54. Poly. l. 3. tit. 1. Pamm. l. 4. c. 115. d. Absent ista ab origen. e. El Zepherinus epist. 1. ad Episcopos Sicilia usq. ad vers. aliter. Anst. 3. c. 68. Burel. l. 1. c. 137. Ivo p. 5. c. 13. 45. & 247. Pamm. l. 4. c. 13. 17. q. 3. irritam. f. Absent ab epist. Zepherini. * Zepherinus loca pro- xime indicato. g. Matth. 26. h. Anst. l. 6. 99. i. forte le- gendum, & dilectissimi.

& si in se veritas habet, sicut ejusdem Episcopi petitio continet, in ecclesia, atque in loco suo, modis omnibus idem Presbyter revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota, sive probata est, subtiliter ipso presente, & pro se rationem reddente, querendum est & genus causae, & modus probationis, ut ex hoc colligere valeas, utrum adhuc in exilio demorari, an certe in ecclesia sua, & officio suo debeat revocari. ¶ De Episcopi supradicti persona hoc statuendum est, ut si nulla contra eum criminalis causa, quae exilio vel depositione digna est, mota sive probata est, is qui eo superstitie Episcopus perversus, ac contra canones in ecclesia ejus ordinari praesumpsit, sacerdotio privatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo Januario fratri, & Coepiscopo nostro tradendus est, ut ab ipso in custodia habeatur; aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero, qui eum ordinaverunt, vel ordinationi ejus consentientes interfuerunt, sex mensibus Dominici corporis & sanguinis communionem privati, agere poenitentiam decernantur in monasterio, & supradictus Januarius loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero communionem privatis, mortis contingerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem Episcopi in praedictum & condemnationis, vel depositionis memorati Episcopi, metu iudicis concessisse, ac talia fecisse non sua sponte fecerint, & tempus eis abbreviandum est, & modus poenitentiae temperandus. Si vero ille, qui locum ejus invasit, de hac fortasse luce migravit, & alter est ordinatus, quia levioris a culpa videtur (cum non quasi isti superstiti, sed successisse defuncto videatur) Episcopus illi officium in illa ecclesia tantummodo interdicitur, ut in alia ecclesia, qua sacerdote vacaverit, si electus fuerit, possit esse Episcopus, ad Malachitanam tamen ecclesiam nunquam aliquo modo revertatur. ¶ Gloriosus autem Comitius, quidquid praedictus Episcopus per violentiam, atque infestationem ipsius expendisse, vel damnum perculisse dato sacramento firmaverit, eidem Episcopo restituere compellatur. Si e autem aliter, quam a praedicti Episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter querendum est, & veritate cognita, cum Dei timore, quod iustitiae ordo suaserit iudicandum. ¶ Quia ergo Stephanus Episcopus odio d sui quadam fida, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condemnatum, diligenter querendum est primo si iudicium ordinabiliter est habitum, id est, si alii accusatores, atque alii testes fuerint. Deinde causarum qualitas est examinanda, si digna exilio, vel depositione fuit, si eo f presente, qui accusatus est, sub iuramento contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel si ipse licentiam respondendi, & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantium, ac testificantium subtiliter querendum est, cujus conditionis eujusque opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra praedictum Episcopum inimicitias habuissent, & utrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certo se scire specialiter testati sunt, si scriptis iudicatum est, & partibus praesentibus sententia recitata est. Quod si forte hac solemniter acta non sunt, nec causa probata est, quae exilio, vel depositione digna sit, in ecclesiam suam modis omnibus revocetur. Hi vero, qui eum contra Dei timorem & canonum statuta condemnaverunt, excommunicati in monasterium ad agendam poenitentiam sex mensibus mittendi sunt, ita sane, ut si cuiquam eorum mortis contingerit

a al. levi culpa. b al. condemnatur. c Ivo p. 6. ca. 343. Pam. l. 4. c. 30. d al. in odio suo. e al. aut si alii accusatores, alii testes fuerint. f al. aut si.

imminere periculum, viatici benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente locum ejus temerarie occupavit, privatus sacerdotio, ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri, & Coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero, qui eum ordinare praesumpserunt, vel perversae ipsius ordinationi praebere consensum, iidem communione privati, sex mensibus ad agendam poenitentiam in monasterio deputentur. Si autem Episcopi in praedictum condemnationis, vel depositionis memorati Episcopi, metu iudicis concessisse, ac talia fecisse non sua sponte professi fuerint, tempus eis abbreviandum est, & modus poenitentiae temperandus. Si igitur is, qui praedicti Stephanum locum invasit, fortasse defunctus est, atque alius in ecclesia ejus Episcopus ordinatus est, illud ab eo statuendum est, quod superius de causa fratris, & de Episcopi nostri Januarii diximus. ¶ Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum Episcopum probata sunt, aliqua vero doceri minime poterunt, cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leviora capitula, ac certa graviora probata sunt, ut ex eis qualiter definitionem tuam formate debere possis scire. ¶ Gloriosus vero Comitius, si superius dictus Episcopus innocens esse claruerit, quidquid de rebus ejus, vel ecclesiae ipsius tulit, ei sine aliqua tunc dilatione. Sed & quatenus se in perfectionem, ac violentiam ejus expendisse, vel damnum datum Episcopus perculisse juraverit, idem memoratus Comitius satisfaciatur. Si autem Episcopum antedictum talem culpam commisisse contulerit (quod absit) &c. ut f. a in causa monachorum. De persona Presbyteri, &c. ut f. in causa Clericorum ad versus clericum. Et f. in eadem epistola. l. i. v. dicitur. De persona Januarii Episcopi sciendum est, graviter omnino, & contra leges esse actum, ut violententer ecclesiam traheretur, dum si quamlibet injuriam a quocunque Episcopo passus fuerit in ecclesia, injuriam in capitali poena percutiat, & sicut majestatis reum omnibus det accusandi illum licentiam, ut hujus legis series loquitur Codicis l. lib. i. tit. vi. constitutione de ma. Si quis in hoc genus sacrilegii proserperit, ut in ecclesiis catholicis irruens, sacerdotibus & ministris aut ipsi cultui, locoque aliquando importet injuriam, &c. f. in eadem epistola. De persona Stephani Episcopi hoc attendendum est, quia nec invitatus ad iudicium veniit, nec ab Episcopis alieni concilii debuit iudicari. ¶ Contra haec si dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit, nec Patriarcham, dicendum est, quia de Apostolica (quae omnium ecclesiarum caput est) nec causa audienda, ac dirimenda fuerat: sicut & praedictus Episcopus petiisse dignoscitur, qui Episcopos alium concilii iudices habuit omnino suspectos. Quia ergo sententia non a suo iudice dicta nihil firmitatis obtinuit, lectionis hujus tenor ostendit libro Codicis septimo de & f. ¶ Quod autem dicitur a servis suis accusatum, sciendum est, quia audiri minime debuerunt & f. ¶ Si vero de crimine e majestatis dicitur accusatus, nec ipsam de eo credendum fuit, si vita, vel opinio ejus utilis ante non extiterit. ¶ Quod autem dicitur eidem Episcopo, quia se absente, aliqui sunt vilissimi testes exhibiti, hoc si verum est, nullius esse momenti lege noscendum est. ¶ Testes autem quales, vel cujus opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurima leges ostendunt, quae penè nulli habeantur incognita, quae

a l. 9. q. 6. casus Episcopum. in q. 1. de persona ex Greg. lib. vi. epist. 54. b l. si quis. Cod. de episc. & clericis. Cod. Theodosius. l. i. tit. 2. cap. 37. q. 4. si quis suadente. c Si vero dicitur fuisse quod de hoc accusatus est, quod ad majestatis crimen attinet, orig.

etiam sanciant, ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. ¶ Quod autem dicitur, quia nihil scriptis iudicatum est, legendus est titulus xlv. libri vii. Codicis; quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, ut sententia, quæ se scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententiæ habeat meretur.

¶ Exilio ¶ In vulgato sequebatur, vel deportatione. quia voces sublata sunt, quia neque in vetustis Gratiani, neq. apud B. Gregorium leguntur.

¶ Si autem Episcopi in præxi. ¶ Hæc usq. ad vers. Quod si forte, addita sunt ex epistola: quemadmodum & paulo inferius & verbo, dilatione, usq. ad vers. Si autem Episcopum, ut rationis casus sit expectatur. Nam Gratianus referebat se ad superiora, in quibus habentur similia, hoc modo, &c. ut supra de causa Januarii Episcopi. Quorum alterius capitulum initia trantur ex inferioribus casibus, ea scripta sunt, quemadmodum autem se habebant, ut nōdum citandi Gratiani iustitiam agnoscat.

C. VIII. ¶ Ultima sententia debet de scripto præferri.

Item Codici libro septimo, titulo de sententiis ex breuiculis recitandis, lxxxx. Valentinianus, Valens, & Gratianus A.A.A.

Statutis generalibus iustitiam, ut universi iudices, quibus reddendi iuris in provinciis permittimus facultatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti recitatione præferant. Huic ad iudicium non esset, nec nomen quidem sententiæ habere meretur, nec ad rescriptum perperam decretorum, & appellacionis solemnitas requiritur.

¶ In duobus vetustis codicibus hoc & sequens caput non habentur. & hanc legem Codici B. Gregorius in præcedenti capite manifeste indicaverat.

C. IX. ¶ De eodem. Item ex concilio apud S. Medardum, Finemarus Rheimur Archiepiscopus dixit.

Legum a ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant, adeo, ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dante nomen præcipiatur. Qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem a suis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discedit, libelli b inscriptione aut recipitur, aut eicitur. Sed & i qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari, vel reconciliari iubetur. Et sic in ceteris huiusmodi in tantum scriptura deponitur, ut sicut beatus Gregorius e in communitorio ad loannem defensorem ex Romanis legibus sumens scribit: [Sententia, quæ sine scripto præferatur, nec nomen sententiæ habere meretur. d.]

¶ Sed & qui ¶ In originali est, sed qui accusatur vel excommunicatur, reconciliatus per scripturam accusari, vel reconciliatus commendati iubetur, & sic, &c.

C. X. ¶ Restitutus est, quem neq. convictum, neque confessionem confituisse ostenditur.

Item Nicolaus Papa Girardo & Tironensi Archiepiscopo.

Notum s' sit tuæ fraternæ charitati, quod iste Presbyter pauper, nomine Christophorus de sua angustia ad nostram clementiam lacrymabiliter se conquectus: dicens se falsis criminibus impetitum, & ab ecclesia sua non convictum, neque confessum, irrationabiliter fuisse eiecitur. Nam, ut ipse refert, tua diligentia

a Extrâ de libello oblat. c. 2. Burch. tit. c. 187. l. 10. part. 6. cap. 269. b Elibollari scriptone. Jorig. c. Sup. ca. in primis. Cod. l. 7. tit. 44. d. magis. Jorig. e. al. Alardo. f. l. 10. p. 6. c. 429.

per tres vias inquisitione facta, nulla in se neque de fornicationis crimine; neque de homicidii confessione, (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa: nisi quia sua paupertatis causa, quæ petebantur, aut consentire noluit, aut implere non potuit. Quæ suus tamen æmulus ultroneus egit, qui iniuste illius ecclesiam præcipuit. Idcirco magnopere monemus reverentiam tuam, ut etiam, quæ te forte ignorant; Geziaca cupiditate peracta esse videntur, tuæ fraternitatis censura celeremendatione corrigantur: scilicet restituendo ecclesie propriam iam dictum sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate pristinum, quem perdidit, honorem, & nullatenus canonica instituta alicujus temeritate contemni permittas: quia facientem & consentientem par pena constringit.

¶ Confessione ¶ Sic est emendatum ex plerisque vetustis exemplariis. Nemanca legebat, confessione. Ius autem habet, consensu.

C. XI. ¶ Antequam casus probetur, aliquis excommunicari non debet.

Item de libro constitutionum.

Nemo a Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus eam b excommunicaverit aliquem, ille quidem qui excommunicatus est, majoris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem, qui non legitime excommunicavit, in tantum abstineat tempus sacrosanctæ communionis, quantum majori sacerdoti visum fuerit, ut quod iniuste fecit, ipse iuste pariat.

C. XII. ¶ Incerta & dubia iudicari non possunt.

Item Ambrosius in epistola 127. ad clerum, & universam plebem Hippensium.

Nomen a Presbyteri propterea non ausum sum de numero collegarum ejus vel suppressere, vel delere, ne divina potestati, sub cuius examine causa adhuc penderet, facere videretur injuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio prævenire: quod nec in negotiis sæcularibus iudices faciunt, quando causa dubitatio ad majorem potestatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in Episcoporum concilio constitutum est, nullum clericum, qui nondum convictus sit, suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentaverit.

C. XIII. ¶ Nec suspicione arbitrio, nec ante verum & iustum iudicium aliquis condemnatur.

Item Melchiodes Papa Episcopus Hispania.

Primum a semper ante omnia diligenter inquirete, ut cum iustitia & veritate definitis: neminem condemnatis ante verum & iustum iudicium: nullum suspicione arbitrio iudicetis: sed primum probate, & postea charitativam & profert sententiam: & quod s vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

C. XIV. ¶ Qui ab accusatione prohibentur, & qui recipiantur.

Item ff. lib. xlviii. tit. 8. de accusatoribus, & inscriptionibus, l. Qui accusare.

Prohibentur accusare alii propter sexum, vel ætatem, ut mulier, & pupillus. Alii propter sacramentum, ut qui stipendium merent: Alii propter magistratum potestatemve, in qua agentes sine fraude in jus vocari non possunt. Alii propter delictum propriam, ut infames. Alii propter turpem questum, ut qui duo iudicia adversus duos reos subscripta habent, nummosve ob

a Apud Iulianum Antecessorem novel. 123. c. 11. 24. q. 3. de illi. tit. l. 10. p. 3. cap. 371. & p. 14. c. 42. b al. est. c. l. 10. p. 6. c. 388. d. Poly. l. 7. tit. 8. Pann. l. 4. c. 113. e. al. charitate. f. l. 10. p. 4. g. m. a. l. b. h. al. evocari.



accusandum, vel non accusandum acceperint. Alii propter conditionem suam, ut libertini a contra patronos. Alii propter suspicionem calumniae, ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem, ut sunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, si suam injuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. Liberi, libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumve queri, puta si dicant, vi se de possessione ab his expulsi: scilicet non ut crimine vis eis intendatur, sed ut possessionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibitus est de facto matris queri, si dicat suppositum ab ea partum, quod magis de heredem habere: sed eam rem lege Cornelia facere permittitur et non est. ¶ Ab alio delatum alius deferre non potest: sed eum qui abolitione publica, vel privata interveniente, aut desistente accusatore de reis exemptus est, alius deferre non prohibetur. ¶ Militem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem auditum a praefecto annonae deferentem Divi Verus e & Antoninus rescripserunt. Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque, qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiuntur.

Haec omnia auctoritatibus datur intelligi, quod nullus est condemnandus, nisi iudicio ordinabiliter habito aut convictus, aut reum se ipse confiteatur. Verum haec de illis intelligenda sunt, quorum crimina sunt occulta: ceterum, quae manifesta sunt, iudicariam ordinem non requirunt.

C. XV. ¶ Sine accusatione, manifesta iudicentur.

Unde Ambrosius.

Manifesta, accusatione non indigent.

¶ Ivo in epistola ad Hugonem, quae incipit, Literas V. P. sic ait. Manifesta autem accusatione non indigere testatur beatus Ambrosius super epistolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cum noverca iudicis non est, &c.] ut infra c. de manifesta.

C. XVI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa Ludovico Regi in epistola, quae incipit [Syllabarium.]

Quae d. Lotharius Rex nepos vester facit, accusatore non indigent. Manifesta quippe sunt (teste & Apostolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.

¶ Sumptum est ex epistola, quae habetur in codice supra memorato monasterii Dominicanorum, in qua haec praecedunt. Accusatorem autem habere Lotharium non nisi illum, qui accusatos fratrum in Apocalypsi appellatur, & opera eius, quae & ipsa eiusdem antiqui hostis instinctu patrantur, profecto comperimus. Quae vero Lotharius Rex, &c.

In manifestis enim calliditate accusantium non opprimitur reus, nec tergiversatione proprium crimen celatur, cum culpa sua oculis omnium sponte se ingerat: atque ideo in talibus iudicariis ordo non requiritur: qui ideo institutus est, ut nec innocentia infideli pateret adversantium, nec culpa delinquentium sententiam effugeret iusti examini.

C. XVII. ¶ Ordinem iudicarium manifesta non desiderat causa.

Unde Stephanus Papa V. Leoni episcopo Thaurensi.

DE manifestis & nota pluribus causa non sunt querendi testes, ut sanctus Ambrosius in epistola ad Corinthios dixit, de fornicatore sententiam expo-

a al. liberti. lege 9. lege 10. lege 11. b al. veluti. * lege 13. c al. Sever. reposita hic sunt aliquot verba ex pandectis Flor. d. Anf. 142. 235. e. Gals. f. Vide supra q. manifesta. g. Ivo p. 2. 431. Pann. l. 4. c. 117. Ambros. ad c. 5.

nens Apostoli. ¶ Iudicis, inquit, non est sine accusatore damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minime obicit. ¶ Colletur de medio vestram, qui hoc opus fecit. ¶ Cognito opere isto pellendum illum fuisse de coetu fraternitatis Apostolorum censuit. Omnes enim crimen esse sciebant, & non arguebant. Publice enim poterat suam loco uxoris habere: in qua re neque testibus operat, neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen. ¶ paulo post. [Absens facie, praefens autem auctoritate Spiritus, qui nusquam abest, iam iudicavi ut peccatum eum, qui hoc admisit, tradi satanae in interitum carnis.]

¶ Exat integra hac epistola in collectione canonum sine auctoritate nomine in Vaticana bibliotheca. 3. pars. Sed sciendum est, quod eorum, quae manifesta sunt, alia sunt nota iudici, & incognita alii, alia sunt manifesta, & occulta iudici, quaedam vero sunt nota iudici, & alii. ¶ Iudici tamen nota sunt, sine examinatione ferri non possunt: quaedam accusatoris persona assumitur, iudicaria potestas oritur. In una enim eademque causa nullus simul potest esse accusator & iudex.

C. XVIII. ¶ Quando aliqui sunt corrigendi, quando referendi.

Item Augustinus in sermone de penitentia (quae est 10.) c. 12.

MULTI b corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Iudas: multi nesciuntur donec c veniat minus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. ¶ Nos vero a communione prohibere quatenus non possimus (quamvis haec prohibitio non dicitur in naturalis, sed medicinalis) nisi aut sponte confessum, aut aliquo, sive seculari, sive ecclesiastico iudicio notatum, atque convictum. Quis enim sibi utrumque deat assumere, ut cuiquam ipse sit & accusator, & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus Apostolus in eadem ad Corinthios epistola breviter insinuasit intelligendum quibusdam commemoratis criminibus, ecclesiastici iudicii formam ad omnia similia ex quibusdam daret: Ait d enim [Scripti vobis in epistola non commiseri fornicariis. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idolis servientibus: sed qui debueratis de hoc mundo exisse.] Non enim sunt homines in hoc mundo viventes, nisi cum talibus vivere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium, convictumque vitaverint. Unde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus, comedens, [Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.] Et dicit sequitur Apostolus, g & adjungit [Nunc scriptura non commiseri. Si quis frater nominatur in voce, sed fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut ebrius, aut ebrius, aut rapax, cum huiusmodi nec quilibet cibum simul sumere. Quid enim mihi de his, qui sunt iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, Deus iudicabit. Adferre malum a vobis ipsis.] Quibus verbis satis ostendit non temere, aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiae communione, ut si per iudicium auferri non possunt, tolerantur potius, ut perverse malos quisque h evitando, ab ecclesia se discedens, eos, quos fugere videtur, vinciat i ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis scriptis exempla proposita: velut in k messe, ut peccator suseratur usque ad ultimum ventilabrum: vel intra illa retia, ubi pisces boni cum malis usque ad legem reptionem, quae futura est in litore, id est, in fine saeculi,

a 1. Cor. 5. 23. q. 4. si quis. b. Beda 1. Cor. 5. Anf. 142. 235. Poly. 1. 7. tit. 7. c. 1. Cor. 4. d. 1. Cor. 5. e. 23. q. 4. c. 1. Cor. 5. f. Matth. 9. g. 1. Cor. 5. h. e. qualesque. i. al. venient. k. Matth. 3. l. Matth. 13.



quo animo tolerentur. Non enim contrarium est huic loco id, quod alio loco dicit Apostolus ^a [Tu quis es qui iudicas alienum servum? suo Domino stat aut cadit.] Noli enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, vel etiam extraordinario usurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesie, sive ultro confessum, sive accusatum, atque convictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis serviens, &c.] nisi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ sit in quemquam, cum sententia ordine iudicario, atque integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit, nulli damnandi sunt innocentes, quia sæpe falsò in b quorum crimina nominantur. ¶ Non ergo illi, quos monemus agere penitentiam, quarant sibi comites ad supplicium, nec gaudeant, quia plures invenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

C. XIX. ¶ Peccatum, quod tantum iudici notum est, ab eo damnari non valet.

Idem sermone 16. de verbis Domini:

¶ Peccaverit, inquit, in te frater tuus, corripere eum dicit te, & ipsum solum. Quare? quia peccavit in te. Quid est [In te peccavit?] Tu scis, quia peccavit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccavit, secretum quare, cum corrigis, quod in te peccavit. Nam si solus hosti, quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corripitor, sed proditor. Attende, quemadmodum vir iustus Ioseph ^c, tanto flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate peperit: antequam sciret, unde illa conceperat, quam gravidam fenserat, & se ad illam non accessisse noverat. Restabatque certa adulterii suspicio: & tamen, quia ipse solus fenserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Evangelium? [Ioseph autem, cum esset vir iustus, & nollet eam divulgare.] Mariti dolor non vindictam quaerit: voluit prodesse peccanti, non punire peccantem. ¶ Cum, inquit, nollet eam divulgare, voluit eam occulte dimittere. ¶ Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa vero corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distribuit tempora, & concordat scripturæ. Sic agamus & sic agendum est, non solum, quando in nos peccatur, sed etiam quando peccatur ab aliquo, ut ab altero nesciatur, in secreto debemus corripere. ¶ No- vit enim nescio quem homicidam Episcopus, & alius illum nemo novit. Ego nolo ^d illum publicè corripere, & tu quis inscribere? Proius nec prodò, nec negligo: corripo in secreto: pono ante oculos eius Dei iudicium, tereò eruentiam conscientiam, per huiusmodi penitentiam. Hæc charitate præditi esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos, quod quasi non corripiamus: aut putant nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere, quod scimus. Sed forte quod scis, & ego scio, sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. ¶ Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant: aliquando nobis produntur ab usibus suis, ple- rumque zelantibus; aliquando maritorum salutem quaerentibus. Non prodimus psalam, sed in secreto arguimus. Vbi colligitur malum, ibi moriatur malum. Nos tamen vulnus illud negligimus, ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto, faciat, ¶ gerentem conscientiam, illud vulnus esse mortiferum.

^a pars. Quando veri crime est notum aliis, & non iudici, nec tunc sine examinatione ferendum est: quia in crimen potest occultum iudex sententiam scripi non debet.

^a Rom. 14. b in 1^a epistola Bedæ in c. ad Cor. c. Mat. 18. d. al. v. 18. oris.

C. XX. ¶ Sententia non precipitauer ferenda est.

Unde Evaristus Papa ^a ait epist. 2.

Deus omnipotens, ut nos a precipitata sententia prolatione compelleret, cum omnia b nuda, & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodome noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait c [Defendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non efflita, ut sciam.] Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutendis & iudicandis negotiis essemus, & ne mala quorumque prius quisquam præsumat credere, quam probare. Cujus exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam unquam precipites simus, aut temerè, indiligenterque indiscussa quæque quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce [Nolite d iudicare, ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini. & reliqua.] Nam mala audita nullum moveant: nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne precipitando quidquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodorum mala, quorum clamor ad cælum usque pervenerat, omnia sciens prius, nec credere, nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat, opere veraciter cognosceret; multo magis nos humani ^e, & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, & hæc præcavere, & nullum f ante veram, iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus, manifeste Apostolo dicente Paulo g [Tu quis es, qui iudicas servum alienum? suo enim Domino stat, aut cadit.]

² pars. Quando autem crimen notum est iudici & aliis, aliquando reus inficitur factum: veluti si quis negaret interfecisse eum, quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecit. Hæc quia se reum negat, sine examinatione ferri non potest. Aliquando evidentiæ ipsa operis reum esse testatur, quando opere publico crimen suum confitetur: tunc post scindam & tertiam correctionem sine examinatione damnandus est, si incorrigibilis extiterit. In hoc iraque ultimo casu intelligenda est aut rita illa Ambrosii h, & Nicolai i [Manifesta accusatione non inagunt.] Fornicatum enim ille, in quem, sine examinatione, sententia Apostolica proferretur, publice contra omnium novercam suam pro uxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus scribit, similiter publice uxorem suam dimiserat, & aliam superduxerat.

C. XXI. ¶ Sine accusatione, manifesta ferenda sunt.

Unde idem Nicolaus Papa scribit Archiepiscopi, & Episcopi per Galliam, Italiam, & Germaniam constituto.

Cælus k, quod Lotharius Rex (si tamen Rex veraciter dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refranat, sed lubrica enervatione n. agis illius motibus cedit) in duabus feminis, Thierberga scilicet, & Gualdrada commisit, omnibus manifestum est. ¶ Sed & dudum Episcopus Thietgan-

^a Et Gregorius l. Mor. 12. cap. 23. & in conc. Tribur. cap. 22. Anselm. lib. 3. c. 67. Polye. lib. 7. tit. 1. Barch. lib. 11. c. 9. Pann. l. 4. cap. 116. lvo p. 3. c. 249. b Hebr. 4. c Genes. 22. d Mat. 7. e al. qui sumus homines, & peccatores quibus. f 30. q. 1. c. nullum ante. g Rom. 14. h supra ead. manifesta. i sup. ead. c. qua Lotharius. k lvo p. 3. c. 220. Regno omnia hæc refer lib. 22. Chron. num. 271.



dum & Gunterium in tali facto cum habuisse tutores, atque fautores penè totus nobis orbis referebat. & infra. ¶ Igitur decernente nobiseum sancta synodo, in presentia depositi, & ab officio sacerdotali excommunicati, atque à regimine Episcopatus alienati indubitante existunt.

QUESTIO II.

Q uod autem expoliatus ante iudicem stare non possit, multis auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ Ante litem contestatam possessori cuncta sunt restituenda.

Ait enim Ioannes Papa I. a ad Zachariam Archiepiscopum.

Antiquius b decretum est, ut omnes possessiones, & omnia sibi sublata atque fructus cunctos ante litem contestatam perceptos i Episcopus, vel Primas possessori restituant.

¶ Perceptos] In vetustis exemplaribus, & epistola Ioannis, itemq; Eusebii est, perceptor vel Primas possessori restituar.

C. II. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa.

Omnes c leges tam ecclesiastica, quam vulgares, & publicæ præcipiunt, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.

C. III. ¶ Nullus debet accusari, dum suis rebus fuerit spolatus.

Item Stephanus Papa, epistola secunda.

N ullus d Episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede propria, qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut à quoquam potest ei crimen obijci, priusquam integerrime restitueretur, & omnia quæ illi ablata quocunque ingenio fuerant; legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedis, & pristino statui regulariter reddatur: ita ut omnes possessiones, & cuncta sibi injuste ablata, atque fructus omnes ante ceptam accusationem Primates, & synodus Episcopo, de quo agitur, funditus restituant.

¶ Caput hoc sue integritati ex originali est restitutum.

C. IV. ¶ Nec convocari ad synodum, nec in aliquo debet iudicari spolatus.

Item Eusebius e fratribus constituit per Alexandriam & Ægyptum, epist. 2.

I n scripturis vestris reperimus, quosdam Episcopos vestris in partibus à propriis ovibus accusatos: aliquos videlicet ex suspensione, & aliquos ex certa ratione: & idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam verò à propria sede pulsos. Quos sciat nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quæ eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur.

C. V. ¶ De eodem.

Item Iulius Papa in epistola ad Orientales, cap. 31. & 2.

N ullus g potest convocari, aut iudicari, antequam omnia sibi ablata, & omnia jura ei in integrum restituantur: quia non habet privilegium, quo possit exui jam nudatus.

¶ Caput hoc confectum est ex decreto Iulii trigesimo quinto & octavo, verbum tamen mutatis, & alio modo dispositis.

a Et Euseb. Papa epist. 2. b Panorm. l. 4. c. 47. c 33. q. 2. Historia. 6. hæc omnes. In præfatione Isidor. in collectionem suam. d Burch. l. 1. c. 141. & 142. Ivo part. 5. c. 115. & 116. Concor. Panorm. l. 4. c. 49. e Et in decreto Ioannis I. f Anf. l. 3. c. 44. Ivo part. 5. c. 249. Panorm. l. 4. c. 45. g Burch. l. 1. c. 144. Ivo p. 3. c. 277. Panorm. l. 4. c. 46. Ch. 6. c. 277.

C. VI. ¶ De eodem.

Item Zepheirius Papa a ad Episcopos Ægypti, epist. 2.

P ræceptum ergo est in antiquis statutis, Episcopos suos atque suis rebus expoliatos ecclesias proprias recipere, & primò sua omnia eis reddi, & demum, si eos iuste accusare voluerit, à quo periculo facere: iudices esse decernentes, Episcopos rectè sapientes, & in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum quos prelli videbantur: nec prius eos respondere debere, quam omnia sua eis, & ecclesiis eorum, legibus integerrime restituantur.

QUESTIO III.

Q uod autem pena ferienda sint, qui in accusatione deficiunt, canonum censura desinit. Penam enim illam manus cum dispensatione estimationi accipiunt.

C. I. ¶ De iis qui non probanda obijciunt. Unde Cajus 2. Papa 6.

S i quis circa huiusmodi personas non probanda dederit, auctoritate huius sanctionis intelligat sententiam infamiz sustinere, ut damno pudoris, & estimationis dispendio discat, sibi alienæ verecundiz impati infamiz (saltem de cetero non licere.

¶ Cajus] Sic est in plerisque vetustis, & habere locum in epistola unica ipsius, in qua proxime hic antecedunt verba. Si quis Episcopus. infra ead. quest. 7. In vulgata editione citatur Galasius.

C. II. ¶ Si accusator in accusatione defecerit, in litem non recipiat.

Item Damasus Papa ad Stephanum Archiepiscopum, epist. 3.

A lumniator, si in accusatione defecerit, taliter recipiat.

¶ Verba ipsa Damasii referuntur infra 4. q. 4. c. nullus inducatur.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex decreto Hadriani Papæ in capitulis ab ipso collectis, c. 52. in medio.

Q uis e non probaverit, quod obijcit, penam, quam intulerit, ipse patiatur.

C. IV. ¶ De his, qui falsis criminibus aliquem impetrant. Idem 1.

S i d quis Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non poterit, nec 2 in fine dandam ei communionem dederit.

¶ Idem] Sic est in plerisque vetustis codicibus. Verba hæc autem legebat, Item Damasus Papa. Extat etiam apud hoc in capitulis Hadriani, c. 92. & in concilio Elberitanum, cap. 170. citat ex Carthagenensibus. Et in tomis conciliorum ad Iulianum Carthagenensium scriptis.

¶ Nec in fine] Sic legitur in concilio Elberitanum, hoc tantum canone, sed etiam in aliis. Quam ob causam, ut patet ob glossam nihil est mutatum. Apud Hadrianum tamen est, nec in fine dandam ei non esse communionem. Apud Iulianum non nisi in fine dandam ei esse communionem.

¶ 2 pars. Aliud est accusationem non implere, & aliud est convictionem non probare. Illud enim nulli sine abolutione, hoc tamen licet.

C. V. ¶ Convictionem non est pro accusatore habendum.

Unde Fabianus Papa ad Hilarium Episcopum, epist. 3.

a Et in capitulis Hadriani, c. 2. Ivo p. 5. cap. 245. Panorm. l. 4. c. 49. b In cap. Hadriani cap. 14. in epist. Sixtini. Col. Tom. 1. tit. 2. c. 35. c 4. q. 4. nullus introducatur. Et ex Fabiano epist. q. 6. c. 1. & ex Sixto inf. ead. q. 4. qua crimina. & Anf. l. 3. c. 44. p. 6. c. 24. Burch. l. 2. c. 195.



Si quis iratus crimen aliquod cuiuslibet temere obiecit, convictum non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut fortasse resipiscens, quæ præ iracundia dixit, iterare, aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur.

3 pars. Sed aliud est crimen illatum non posse probari, & aliud aliqua promissione accusationem deferre. Huc enim qui promissione 2. deceptus accusationem deserit, venia datur: illi vero, qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.

1. ¶ Probare. In plerisque exemplaribus sequitur: quia falsum est: aliud, &c. Sed in emendationibus ea verba vel non habentur, vel alia mens sunt addita.

2. ¶ Promissione. Non est simpliciter dicendum illis, qui pro aliqua promissione deserant accusationem, semper veniam dari. Nam in Pauli, de quo in subiecto capite loquitur B. Gregorius, alia videtur causa, quæ in ipsa epistola exponitur, his verbis: tamen quia plus esse convenit nos misericordes, quam in districtos, hanc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine locorum suo recipiendum esse censemus. Nam et à tempore prolata sententia afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam huius posse culpæ sufficere. & infamia in eodem epistola refert aliqua à prædicto Paulo in utilitatem ecclesiæ facta, quæ etiam movere B. Gregorium potuerunt, ut erga eum esset clementior. Erant autem in ipso capite multa B. Gregorii verba omissa, quorum nonnulla visa sunt addenda.

C. VI. ¶ De eo, qui promissione illectus accusationem deserit.

Unde beatus Gregorius scribit Iohanni Episcopo Corinthiorum; lib. 4. epist. 50. seu cap. 94.

Paulum b. itaq; Diacorum quamvis culpa sua vehementer confundat, quod deceptus promissione ab accusatione duper depositus quondam Episcopi sui desisterit, tamen hanc ei culpam ignoscimus.

Omnis igitur, qui crimen objicit, scribat se probaturum. Reverta ibi semper causa agitur, ubi crimen admittitur, & qui non probaverit, quod objicit, penam quam intulerit, ipse patiatur.

¶ Omnis. Hinc usq; ad finem in veteribus, ac melioribus Gratiani codicibus non legitur: nec sunt Gregorii, sed Fabiani & Hadriani Pontificum: quæ infra q. 8. c. qui crimen. & q. 3. g. 6. c. 1. c. 1. ex Fabiano, & c. fin. ex capitulo Hadriani.

C. VII. ¶ De iis, qui accusationem deserunt, nisi ecclesiasticos ordines acceperint.

Item Gregorius eadem epistola.

Ephremiam a, atq; Thomam, qui pro deferenda accusatione Episcopos sui sacros ordines acceperunt, eisdem sacris privatos ordinibus esse, atque ita, sicut sunt depositi, volumus permanere.

¶ Episcopos sui. Hæc verba in eo epistola loco non sunt: sed ex iis, quæ antecedunt, immutata, cum à quo Ephremius & Thomas reo ordinati fuerint, ut ab ipsis accusatione desisterent, fuisse proprium illorum Episcoporum.

Hinc colligitur clericorum infamiam per Romanum Pontificem aboleri posse, contrarium Gelasii. [Quamquam animas per penitentiam salvare possumus, infamiam tamen abolere non possumus,] contra illud Stephanus qui eum causam emoverat, ex quibus infamia irrogatur. [Hos omnes, inquit, sub nota perpetua infamiae ad penitentiam suscipimus.] Vel non sunt infames lege canonum omnes, quos leges sacri infames pronunciant, cum Paulus. c. Diacorum, qui non impetrata abolitione ab accusatione desisterat, hæc auctoritate dignitatem officii sui recuperaverit, quem senatusconsultum a Turpilianum infamem pronunciat. Quod etiam de eo fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit: cum matrimonium hodie regatur iure poli, non iure fori, & iure poli, mortuo b. viro mulier soluta est à lege viri, & nubat, cui vult. Sed idem Stephanus contra scribit, dicens: [Infames dicimus, quos quocumque leges sacri infames pronunciant.] Sed illud Gelasius, & Stephani c. [Quamquam animas, &c.] & [Sub nota perpetua infamiae, &c.] de illis intelligitur, quibus per iudicem civilem infamia irrogatur: quoniam sicut examinatio & castigatio, ita & in integrum restitutio non nisi ad civilem iudicem spectat. De ea vero quæ intra tempus luctus nubit non est contrarium ei, quod Stephanus ait [infames dicimus, &c.] Cum enim leges sacri precipue in matrimoniis sacros canones sequi non dedignantur, non videntur pronunciare infamem, quæ Apostolica & canonica auctoritate non illicite nubit.

4. pars. Notandum est quoq; quod aliud est, cum aliquem penituerit criminaliter accusasse, & inscriptionem fecisse, si ab innocente fuerit absolutus: aliud, si pecuniam à nocente accepit, ut à probatione eius, quod obsecerat, desistat.

C. VIII. ¶ De eo quem penitit criminaliter accusasse.

Unde in libro capitularium, c. 173. legitur.

Si a quem penituerit accusasse criminaliter, & inscriptionem fecisse de eo, quod probare non poterit, si ei cum accusato innocente convenit invicem, se absolvant: Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminofum esse cognoverit, & inter eum & accusatorem per obreptionem 1. convenit de colludio, peccatum accipiat legibus constitutum.

1. ¶ Per obreptionem. Apud Irenæum legitur, factum per corruptionem consensum, de colludio penam excipiat legibus constitutam. Sed in interpretatione leg. prima, quæ est in Codice Theodosiano, hoc modo, per corruptionem de absolute reatus convenit, is, qui reus probatur, remota colludio, penam excipiat legibus constitutam.

5. pars. Notandum quoque est, quod sicut digesti. c. lib. 48. titulo, de abolitionibus criminum, l. prima, legitur. [Accusatorum remeritis tribus modis detegitur, & tribus penis subicitur. Aut enim calumniatur, aut prævaricatur, aut tergiversatur. Calumniari est falsa crimina intendere: prævaricare, verum crimina abscondere: tergiversari, in universum ab accusatione desistere. Calumniatoribus pena legitime f. irrogatur: Sed non utique qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscens committitur: qui reo absoluto, de accusatori incipit consilio quærere, quæ mente ductus ad accusationem processerit: & si quidem iustum ejus errorem reperit, absolvit eum: si vero in evidenti calumnia eum deprehendat, legitimam penam ei irrogat. Quorum alterutrum ipsi verbis pronuntiationis manifestatur. Nam si quidem pronuncia verit, non probasti, peperit ei: si autem pronuncia verit, calumniatus es, condemnabit eum: & quantum nihil de pena subjecerit, tamen legi potestas ad versus eum exercetur. Nam ut Papinianus respondit, facti quidem questio in arbitrio est iudicantis: pena vero persecutio non ejus voluntati mandatur: sed legi auctoritati restruatur. Si autem 2. interloquens dixerit, Titus remere accusasse videtur, non calumniatorem pronuncia vit. Temeritas enim facultatis veniam continet, & inconsultus calor calumnia vitio caret: & ob hoc nullam penam huic irrogari oportet.] Nipianus lib. 47. tit. de prævaricatoribus l. prima. [¶ Prævaricator, est quasi variator; qui diversam partem adjuvat proditis causa sua. Quod nomen Labeo à variatione tractum ait. Nam quæ prævaricatur, ex utraque parte consistit g, quinimò ex altera: Is autem prævaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusaverit. Ceterum advocatus non proprie

2. Cod. Theod. l. 1. tit. 1. l. 1. in interpretatione. & in cap. l. 7. c. 36. 4. & in cap. l. 1. tit. 1. l. 1. in e. Hadriani. c. 11. b. Poly. l. 1. tit. 7. Anf. lib. 2. c. 113. c. al. agatur. d. Anf. l. 8. c. 36. l. 1. p. 6. c. 15. omnia hæc ex Calixto, in cuius secunda epistola habentur. c. Sup. proxime antecedenti cap.

2. L. 1. ff. ad senatuscons. Turpilianum: b. 1. Corinth. 7. c. 6. g. 1. infames. & in cap. Hadriani. c. 21. d. Theod. lib. 9. tit. 27. cap. 1. in interpretatione: l. 1. p. 16. cap. 251. c. Titul. 16. ab. senatuscons. Turpilianum. & al. lege. Rheims, all. Memmias. g. al. censist.

pravaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet: Sive pravitato iudicio, sive publico pravaricator est: hoc est: prodiderit causam, hic extra ordinem soler puniri. ¶ Sciendum a est, quod hodie in, qui pravaricati sunt, pena imponitur extraordinaria] & infra. [¶ Accusator b de pravaricatione convictus, postea ex lege non accusat. ¶ In c omnibus causis (præterquam in sanguine) qui delatorem corrumpit, pro vido habetur. ¶ Intra lib. 98. tit. de abolitionibus criminum. [¶ Pravaricatorum d esse eum ostendimus, qui contra e. cum reo, & translatitè murere accusandi d'fingitur: quod proprias quidem probatomes d'simularet, & falsas vereret accusationes admitteret. ¶ Si qui autem ab accusatione citra abolitionem desisterit, punitur. Absolutio pravitati a præditiis f postulari, ac impetrari solet: item pro tribunali, non de plano: nec præsertim cognitionem alteri demandare potest. Si plura crimina eidem intulerit, singulorum abolitionem debet petere, alioqui, prout quid adniferit g ejus nomine senatusconsulti poenam patitur. ¶ & titulo eodem. [Desuisse h eum accipi-mus, qui in totum animam agendi deposuit, non qui distulit accusationem: sed qui permissi Imperatori i ab accusatione desistit, impunitus est.] Absolutio enim poenam remittit, infamiam non tollit. Unde Imp. Valentinianus, Valens, & Gratianus A.A. lib. 9. Cod. eod. titulo, de generali abolitione dixisse leguntur. [¶ Indulgentia k, Patres conscripti, quos liberat, ontat: nec infamiam criminis tollit, sed poenam gratiam facit. Si autem, restituo te in integrum, Principis dixerit, infamiam tollit. Unde in eodem lib. tit. de sententiam passus, & restitutus, cui datur deponato in insulam Imporator Antonius dixisse legitur: [Restituo te in integram provinciam tuam,] & adjecit. [Vt autem scias, quid sit in integram restituere, restituo te honoribus & ordini tuo, & omnibus ceteris.]

1 ¶ Calumniatoribus poena legitime irrogatur] Hæc verba licet in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur, tamen quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.

2 ¶ Si autem Interloquendo] Hæc verba verulor Gratianus verba jurisconsulti. Hinc autem usq. ad vers. oportet. referre tantummodo sententiam.

O.VÆSTIO V.

¶ Quam ponit post tertiam, qua haurum questionum simillimune est argumentum.

Deficientibus vero accusatoribus, reus non videtur esse cogendus ad purgationem. Sicut enim rei possesser de-ficiente adire titulum sua possessiois probare non cogitur, ita qui impetratur, ad innocentiam suam probandam cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelii, & Triburienfis concilii sacerdotum jurare prohibentur, nisi pro recta fide.

C. I. ¶ Juramentum à sacerdotibus non est exigendum.

Ait enim Cornelius episcopus, secunda ad Rufinum Episcopum orientalem.

Sacramentum à summis sacerdotibus vel Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognovimus: nec sponte eos jurasse reperimus.

¶ In vetustis codicibus caput hoc conjunctum est cum duobus sequentibus, quæ sunt ex eadem epistola Cornelii Papæ.

¶ Summis] Sic habet originale. Sed Burchardus & Ivo in quarta parte, ab Episcopis, & reliquis ordinibus exigi. Idem vero Ivo in parte 12. à summis sacerdotibus, vel reliquis Dei ministris.

C. II. ¶ De eodem.

a L. 2. Sciendum. b L. 1. Accusator. c L. 9. Cod. tit. d d. L. 1. ad senatusconsult. Turpilia. s. pravaricatorum. e. al. conclusit. f al. præfide. g al. amiserit. h L. 13. desistisse. i al. accusatione. k tit. 43. l. 3. & in Cod. Theod. l. 9. tit. 38. tit. 31. l. 1. s. restituo. l Burch. lib. 1. c. 193. Ivo p. 5. c. 309. & p. 12. c. 71.

Idem paulo inferius. Nos a sanctorum exempla sequentes, sanctorum a postolorum, eorumque successorum iura firmamur & sacramenta incursa fieri prohibemus.

C. III. ¶ De eodem.

Idem ibidem.

Nos sacramentum Episcopis necimus oblatum, ne Nunquam fieri debet.

¶ Debet] Sequitur, nisi pro recta fide, quæ fides fuit: quia in optimis manuscriptis, neque in ipsa epistola hoc habet verbum, sed sup. ead. cap. 1.

C. IV. ¶ Si quis Presbyter contra laicum, vel laicum contra Presbyterum querimoniam habeat, Episcopo præcipiente terminetur.

Item ex concilio Triburienfi, c. 21.

Si quis Presbyter contra laicum, vel laicum contra Presbyterum aliquam habet querimoniam contra fidem, Episcopo præcipiente e sine personarum acceptatione finiatur, & laicus per juramentum d. (si necessitas se expugnet: Presbyter vero vice juramenti s, per se etiam consecrationem interogetur. s. quia sacramenta ex levi causa jurare non debent. Manus enim per eorum corpus, & sanguis Christi conficitur, juramento pollicitur? ablit: cum Dominus in Evangelio discipulis (quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia dicat [Nolite g omnino jurare: Sit autem sermo vester, est, est: non, non. Quod autem his abstantum est, à malo est.]

2 pars. Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramentum prohibetur fieri à sacerdotibus: sed tantum incauta, & ea, quæ qualibet causa temporalis iudici offeruntur. Cum autem populi famia sacerdotum opprimuntur, tunc ad innocentiam suæ auctoritatis sacramenta debent offerri.

C. V. ¶ Sacerdos à populo accusatus, iuramentum innocentiam suam asserat.

Unde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium, episcopus, r. h.

Presbyter s, vel quilibet sacerdos, si à populo accusatus fuerit, & certi non fuerint testes, qui criminis lato approbent veritatem, iusjurandum in medio testium illorum proferat de innocentia suæ puritate, in nuda & aperta sunt omnia.

C. VI. ¶ De Leone Episcopo, quem locutus Gregorius purgationem præbere fecit.

Item ex registro Gregorii lib. 2. indit. n. episcopus ad Iulianum Prætorum. 1

Habet h hoc proprium antiqui hostis invicti, quos in pravorum actuum pertratione (debet resistente) dejicere non valet, opiniones eorum, sed ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam iugiter quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre & Coepiscopo nostro sinister rumor apersegit, utrumque ra essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam invenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod necesse potuisset quibus cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eorum exabundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis magna laetitia exultatione gavisi, quod hujusmodi experimento innocentia ejus evidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipitis, & reverentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat, ut qua in cordibus remaneat, de his quæ sunt jam purgati.

a Ivo p. 12. c. 77. b Burch. l. 1. c. 187. Ivo p. 6. c. 22. Pann. l. 1. c. 1. al. regente. d al. præjuramento. e al. præjuramento. f al. constringatur. g Matt. 5. h & l. 7. cap. 21. i Anselm. l. 1. c. 1. Burch. l. 2. c. 186. Ivo p. 6. c. 231. Pann. l. 1. c. 9. k Pab. l. 1. c. 1. Ansel. l. 6. c. 162. Burch. l. 1. c. 194. Ivo p. 5. c. 309. Pann. l. 1. c. 11.



ta, dubietas. Sed ita supra scripto vos Episcopo devotissime oportet in omnibus adhaerere, ut congrue decenterque Deum in ejus persona, cujus minister est, videamini honorare.

C. VII. *Quomodo beatus Gregorius Mennam Episcopum iuramento purgari fecit.*
Item ex eodem ad Brunichildam Reginam
Francorum lib. 11. epist. 8.

Mennam a vero reverendissimum b fratrem, & cõ-episcopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus Petri Apostoli sub iurjurando, satisfaciens, ab his quæ objecta ejus opinioni fuerant, se demonstravit alienum, & reverti illuc purgatum, absolutumque permittimus: quia sicut dignum erat ut si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonicè puniremus, ita dignum non fuit, ut cum adjuvante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo debereamus. Purgationem i tamen e ante te duobus sibi sacerdotibus, junctis, ubi accusator cessaverit, eundem ex se præbere tuo committimus arbitrio. Vulgarem denique, ac nulla canonica sanctione fultam legem, serventis scilicet, si vestigia aque, igiturque ferri contactum, aut cuilibet popularis inventionis (quia fabricante hæc sunt omnino hæc invidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, imò Apostolica auctoritate prohibemus firmissimè.

C. VIII. *De Maximo Salonitano Episcopo, qui iuramento seipsum purgavit.*
Item Gregorius Castorio Notario Ravennæ, lib. 7. ind. 1. 2. epist. 80.

Quanto d à nobis eredi tibi, & necessariam vides causas inungi; tanto te strenuum debes & sollicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus praefito sacramento si maverit se simoniaca hæresi non teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus, innocens se esse responderit, & de inobedientia sua penitentiam (sicut adputavimus) egerit, volumus, ut ad consolandum illum, epistolam, quam ad eum scripsimus (ubi ei & gratiam nostram, & commanionem nos reddidisse signavimus) experientia tua dare debeat; quia sicut in contumacia persistentibus se veros nos esse convenit, sic iterum humilitatis & penitentibus negare locum venia non debemus.

C. IX. *De eodem.*
Item Maximiano Episcopo Ravennæ, lib. 7. epist. 79.

Quæ de causa Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos ante transmissimus, agnovistis. Sed quia

a Poly. ibid. Buch. li. 1. c. 16. f. 100 p. 3. Pam. 1. 1. c. 6. Alex. II. Raynaldi Episcopi. b al. reverentissimum. c f. 100 p. 10. c. 15. Pam. 1. 1. c. 6. d. Poly. lib. 2. tit. 37.

qualis de hac re fraternitatis vestre voluntas sit, ac magis petito, à presentium latore Castorio chartulario nostro renunciantem cognovimus; ideò, si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi præfiteo se sacramento purgaverit, atque de alii ante corpus sancti Apollinaris (ut scripsimus) tantummodo requisitus liberu se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestre, de eo, quod excommunicatus Missarum solennia agere præsumperit, iudicio committimus, quæ debeat penitentia talis culpa purgari. Et ideò quidquid vobis secundum Deum placet, securi disponite, nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam quidquid à vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & gratè suscipimus, & libenter admittimus.

C. X. *Qualiter Sixtus semetipsum purgavit.*
Item Sixtus Papa III. epist. ad Orientales Episcopos, c. 1.

Mandastis a, ut scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel à quo, ut vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodam Basso, & injustè persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari iussit. Et factò concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus (licet evadere satis aliter potuissem) suspitionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet suspitione, & amulatione liberans, sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo b formam exemplumque dars.

C. XI. *De causa Guillandi Presbyteri.*
Item Alexander Raynaldo Cuman Episcopo.

Sper e causa Guillandi Presbyteri tui de morte Episcopi sui, prædecessoris tui, infamati, in medium consulimus itaque circumstantium fratrum unanimi assensu tue dilectioni rescribimus, præfatum Guilandum Presbyterum ante te præstantem, ubi si certi accusatores defuerint, tunc dicant iustitia sine omni controversia Presbyter, quæcumque ob hoc injustè amittit, ac sacerdotium accipiat, & integra beneficium.

C. XII. *De purgatione clericorum, si convincti non potuerint.*
Item ex concilio Agathensi.

Si d legitimi accusatores crimina i sacerdotis probare non potuerint, & ipse negaverit, tunc ipse cum seipsum expuret. Diaconus vero, si eodem crimine accusatus fuerit, cum tribus semetipsum excuset.

C. XIII. *De eodem.*
Item ex concilio f. Herdeni.

Presbyter g si à plebe sibi commissa, mala opinio ne infamatus fuerit, & Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur h usque ad dignam satisfactionem: ne populus fidelium in eos scandalum patiarur. Digna vero satisfactio est, (sicut i à majoribus constitutum esse docetur) quando si ve-

a Nye. epist. 7. ad Michastem. b al. faciendi. c Pam. 1. 1. c. 7. f. 100 p. 10. c. 16. & in ep. ad V. V. debertum Canomanensem. d ex. de purg. can. c. si quis Presbyter. Burci. lib. 2. c. 18. f. 100 p. 6. c. 226. Pam. 1. 1. c. 3. e al. suis eisdem ordinis. f c. 18. f. ead. g Bure. lib. 1. c. 184. f. 100 p. 6. c. 229. Pam. 1. 1. c. 9. h al. suspendatur ab officio Presbyter usque.

secundum canones, siue ad arbitrium Episcopi septem sibi collegas adiungit, & jurat in sacrosancto Evangelio coram posito, quod crimen sibi illatum non perpetravit. Et hac satisfactione purgatus, securè deinceps suum exequatur officium.

1 ¶ Sicut à majoribus constitutum. Hoc loco, sicut & paulo inferius, plura sunt verba apud ceteros collectores.

2 ¶ Sacrosancto Apud eosdem legitur, in sacro coram posito Evangelio, quò facit cap. testimonium. in versis, nemo clericum. infra 11. q. 1.

C. XIV. ¶ De eodem. PALEA.

[Item Sylvester Papa.]

Accusatum a simoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisset, donec quid esset verius potuissimus cognoscere.

¶ Citatur hic ex Sylvestro, fere idem est in decret. tit. de simo. c. accusatum. Et ibi tribuitur Desdaro Pontifici. Sed in nullu horum duorum Pontificum scriptis, que extant, tale aliquid est inventum. In regesto B. Gregorii lib. 3. epist. 3. Maximo presumptari ecclesie Salomonia hac legitur. Peruenit itaque ad nos, quòd per simoniacam heresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus unum quàm maxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec quid esset, verè potuissimus addiscere. Et ex hac epistola videri potest accepta hac palea, & c. accusatum & c. quoties. extra de simo. Nam initium ipsius epistole est, Quoties contra, &c.

C. XV. PALEA.

[Item ex concilio Triburienfi.]

Nobilis homo, vel ingenuus, si in synodo accusatur, & negaverit, si eum constiterit fidelem esse, cum duodecim ingenuis se expuret: si autem deprehensus fuerit in furto, aut perjurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) ferventi aqua, vel candenti ferro se expuret.

¶ Burchardus etiam citat ex concilio Triburienfi, cap. 10. Et in Triburienfi illo, quod extat impressio, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.

C. XVI. ¶ De eodem.

[Item Hincmarus Rhemorum Episcopus.]

Si mala fama de Presbytero extierit, & accusatores ac testes legales defuerint, ne contra Apostolum d. infirmorum corda de mala fama Presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, neve securiores Presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur, secundum decreta i majorum cum denominatis sibi vicinis Presbyteris, quos scimus se nolle pejerare, sacramento famam purget.

¶ In concilio Rhemensi Triflesiano 9. c. refertur synodus ab Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo habita in qua habetur hoc caput.

1 ¶ Secundum decreta In synodo legitur, secundum decretum Gregorii junioris sit iusjurandum in medio, & habeat malæ famæ Presbyter in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit & iudicem.

C. XVII. ¶ De eodem.

[Item Innocentius Aquilegenfi Patriarchæ & Mantuano Episcopo.]

Quoties frater noster Tridentinus Episcopus in nostra presentia de simonia sit impetitus, prudentiam vestram latere non credimus: cujus causa tandem in nostra presentia ventilata, producti sunt adversus eum accusatores, viva e voce, & scripto asserentes, quòd ecclesiam sancti Petri de Pado s. Presbytero Paulo dedit pro quatuor modis frumenti g, quos ab eiusdem

a Extr. de pur. can. c. 1. Burd. lib. 16. c. 19. b Ivo p. 6. c. 420. c al. defecerim. d 2. Corinth. 6. e al. una. f al. Pajo. g al. furine.

ecclesie laicis accepit. Verum quoniam nec ecclesiarum, nec testes secundum formam canonum, & sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere poterant communi fratrum nostrorum concilio iudicari, tertia manu sui ordinis, & quatuor a abbatum & religiosorum sacerdotum de supradicta simonia in rebus presentia se debeat expurgare. Potrò purgationis veritas erit huiusmodi. Idem Episcopus super sancta Evangelia primum iurabit, quòd pro ecclesia sancti Petri de Pado Presbytero Paulo danda, neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se scienter, quantum receperit. Deinde verò purgatores super sancta Dei Evangelia iurabunt, quòd sicut ipsi credunt, verum iuravit. Nos itaq; causa huius seiem committimus prudentie vestre, mandamus vobis, ut congruo locorum unum convenire curetis, & ita causam iuxta presentiam tenorem præstante Domino restituetis, quatenus Amnis de cetero huius questionis scrupulus auferatur, utrique parti sua iustitia conservetur. Si quis vobis vobis, certa præpediente causa, interesse non poterit, vosque adesse poterit, idem iudicium terminare. Quod si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate nostra prædictum officium Tridentinam ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem beate Marie virginis adimplere iubemus.

¶ Caput hoc extat in decret. tit. de purg. canon. & prædictum Innocentio tertio. Sed visum est ibi esse mendum, ut III. sit postea pro II. Nam collector Decretalium solet in Pontificibus non nom olfor vate, ut eos qui antecesserint prius citet. Ita, cum illi caput habeat ante aliquot canones Alexandri, ac Lucitrem, præcesserunt Innocentium III. non videtur huic posse tribui: quoniam habeatur etiam eidem ad scriptum inter opera ipsius post presones, & in conciliis, que in quatuor tomos sunt divisa, tomo tertio. A plerisque, autem manuscriptis Gratiani codicibus, etiam in quibus palea esse solent, totum istud caput abest. A versibus autem Nos itaque usque ad finem abest ab omnibus.

In præmissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgaverit, ut sacri canones modum, non necessitatem purgandi accipi imponant: sicut apparet ex sine capituli Sixti Papæ, & auctoritate Leonis, qui data purgatione ait de seipso.

C. XVIII. ¶ De Leone qualiter se purgavit.

Vditum est, fratres charissimi, qualiter malis Amnes in me gravia crimina confinxerunt. Quare rem ego Leo Pontifex sanctæ Romanæ ecclesie pueri co me in conspectu vestro, coram Deo & angelis qui istas criminofas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetravi, nec perpetrari iussi. Hoc autem faciens, non legem præscribo ceteris, qui ad hæc cogantur.

¶ Caput hoc est Leonis tertii. Tota verò historia falsæ accusationis & purgationis ipsius refertur in vetustis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. hist. rom. cap. 1. §. 3. de qua etiam re meminit Marianus Scoticus, & Antoninus libr. 4. cap. 90. Apud Burchardum & Ivoem prænotat hoc caput, atque hæc visa sunt notata digna. Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus neque coactus, sed spontanea mea voluntate purifico me in conspectu vestro, coram Deo & Angelis ejus, qui conscientiam meam novit, & beato Petro principe Apostolorum, in cuius conspectu constitimus, quia istas criminofas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetravi, vel perpetrari iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudicium venturi sumus, & in cuius conspectu constitimus. Et hoc propter suspiciones malis tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi in canonibus inventum sit, aut quasi hanc consuetudinem

a al. quarta manu. b Burchard. lib. 109. Ivo p. 1. cap. 10. Pann. lib. 5. c. 4.



aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis, nec non & fratribus, & Coepiscopis nostris imponam, sed ut melius à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter summus Pontifex semetipsum purgat, nec tamen ceteris necessitatem purgandi præscribit. Unde datur intelligi, quod satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ilerdensi a concilio Presbyter jubetur suspensam usque ad dignam satisfactioem, cum etiam decreto Leonis in arbitrio ponatur Episcopi, quia manus sacerdoti purgare se debeat, patet quod ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in arbitrio iudicis consistit.

C. XIX. ¶ Qualiter sacerdos se purgare debeat.

Unde Leo Papa scribens ad Carolum Regem ait.

Omnibus & vobis vili aut auditu notum esse non dubitamus, quod sapientissime suadente antiquo hoste, sacerdotibus crimina diversa obijciantur. Sed qualiter & ex eis ab his rationabilis examinatio, & satisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris vestri d' Epimi, sive præfatis temporibus à sanctis patribus, & reliquis bonæ devotionis hominibus sapientissime ventilatum fuerit, nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire inimè quivimus. Nostris quippe temporibus idipsum à sanctis Episcopis, & reliquis sacerdotibus, & ceteris ecclesiasticæ dignitatis ministris vestris in regnis, seu in aliis Deo degentibus, nobisque unà cum eis agentibus, sapientissime propter multas, & nimias reclamaciones, quæ ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consulto Domini & patris nostri Leonis Apostolici, cæterorumque Romanæ ecclesiæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, sive orientalium, & grecorum patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum, & sacerdotum, nec non de nostrorum, & Episcoporum, omniumque cæterorum sacerdotum, ac levitarum auctoritate, & consensu atque reliquorum fidelium, & cunctorum consiliariorum nostrorum consulto definitum est, vos s' omnes utriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione, & necessitate, ac auctoritate prædicta consulto omnium, ut quotiescunque cuiquam sacerdoti crimen imponitur, si ipse accusator talis fuerit, ut recipi debeat (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est) si autem, ut dictum est, ille accusator, qui canonicè est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium approbare in conspectu Episcoporum poterit, canonicè dijudicetur: & si culpabilis inventus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum suprà scripto prætextu approbare ipse accusator minime poterit, & hoc canonicè definitur. Ipse ergo sacerdos, si suspiciosus, aut incredibilis suo Episcopo, aut reliquis suis confacerdotibus, sive bonis & iustis de suo populo, vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine, aut in prædicta suspitione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel septem bonis, ac vicinis sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ (qui duodecim 2 Episcopos in sua purgatione habuit) vel eo amplius, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse prospexerit, & cum aliis bonis & iustis hominibus se sacramento coram populo super quatuor Evangelia dato purgatum ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, & quidquid g de accusatione faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ Apud collectores capit hoc ita fertur, quasi acceptum sit

a Supra ca. Presbyter si à plebe ca. seq. b cap. s. cap. 34. I. no p. 6. cap. 49. Pann. l. 3. cap. 3. c. al. quoniam qualiter. d. al. nostri. cap. e. al. nostri. cap. f. vobis omnibus. cap. g. al. quid.

ex aliquo decreto epistola Leonis ad Carolum. Verum ex libro quinto capitularium, (ubi hoc ipsum est cap. 34.) atq. ex ipsa etiam orationis forma facti constat edictum fuisse hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipso Leone tertio consulto, & cum consilio multorum Episcoporum. Quod tamen pius princeps, quia sibi jurisdictionem in Presbyteros arrogasse videbatur, libro septimo capitularium, c. 28. emendavit, ita scribens. Omnibus vobis, tam presentibus, quam & futuris scire cupimus, quia de consulto sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum Episcoporum, ac reliquorum sacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium nostrorum de criminatum purgatione sacerdotum causam tractavimus, eamque cum testibus (sicut in anteriori capitulari nostro continentur) fieri decrevimus: quoniam nesciebamus eandem causam, à beato Gregorio Papa esse definitam. Nam cum Vormacix generalem conventum habuissemus, allata est nobis à Riculfo Magontiacensi metropolitano epistola beati Gregorii Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: [De Presbytero verò, vel quolibet sacerdote, à populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem iusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentia suæ puritate, cui nuda, & aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu.] Illa verò omnia, quia vires nostras excedunt in iudicio Episcoporum iuxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, ut hæc, quando orta fuerint, ita definire satagant, ut nec secundum sæculum iustam reprehensionem, nec penes Dominum (quod absit) damnationem, sed æterna beatitudinis, ipso auxiliante, qui omnia infuata præstat, præmia consequantur.

1. ¶ [Nostrorum Episcoporum] In vulgatis legebatur, nostrorum Romanorum Episcoporum: sed vox, Romano-rum, abest non modo à capitulari, sed etiam à verisioribus Gratiani codicibus, & ab Ivone Panormia autem habet [nostrorum Episcoporum, omniumque Romanorum sacerdotum.]

2. ¶ [Qui duodecim] Hac usque ad vers. habuit, sunt etiam apud ceteros collectores, sed non in capitulari.

3. pars. Iuramento verò, candentis ferri, vel ferventis aquæ purgatio non est adijcienda.

C. XX. ¶ Candentis ferri, & ferventis aquæ iudicium in ecclesia fieri prohibetur.

Unde Stephanus quintus Humberto a Episcopo Moguntino.

Consulisti b de infantibus, qui in uno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, utrum ferro candente, aut aqua fervente, seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi sunt namque & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in uno lecto collocent, ne negligentia quolibet proveniente suffocentur, vel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inveniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet sacri non censent canones: & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta verò, & incognita illi sunt relinquenda, qui c solus novit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur, vel consententur talis reatus se noxios, tua eos castiget moderatio: quia si ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit homicida est, quanto magis, qui unius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse exulare nequibit?

Hoc autem utrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum qua hic prohibita esse videntur, pertineat, non im-

a al. Lamberto. b Ivo p. 10. c. 27. c 1. Reg. 6.

merito dubitatur propter sacrificium zelyptia. Et illud Gregorius a [Si vir, qui frigide nature esse dicitur, per verum iudicium probare potuerit uorem suam nunquam se cognovisse, separatur ab ea.]

C. XXI.

In libro namq. Numerorum b legitur Dominum præcepisse c [Moyse, ut loqueretur filiis israel, et diceret eis, Vir, cuius uxor uerax erit, maritumq. contemnerit dormiri cum altero viro, et id maritus deprehenderit nequiverit, sed lateat adulterium, et testibus argui non poterit, quia non est inventa in stupro, si spiritus zelyptia concitaverit uirum contra uxorem suam, qua vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, et offeret oblationem pro illa decimam partem sari farina hordeacea: non fundet super eam oleum, nec imponet ibus: quia sacrificium zelyptia est, et oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, et statuet coram Domino, assumetq. aquam sanctam in vase fictili, et paulicillum terra de pavimento tabernaculi mittet in eam. Cumq. steterit mulier in conspectu Domini, desuperiet caput eius, et ponet super manus illius sacrificium recodationis, et oblationem zelyptia. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta confectus, adurabitq. eam, et dices: si non dormiuit vir alius tecum, et si non polluta es deserto mariti thoro, non nocent tibi aqua ista amarissima, in qua maledicta confectus. Si autem declinasti à viro tuo, atq. polluta es, et concubasti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis: det te Dominus in maledictionem, et exemplum cuncterum in populo suo: putrescere faciat tuum femur, et tumen uerus tuus dirumpatur: ingrediantur aqua maledicta in ventrem tuum, et uero tumescere te putrescat femur tuum. Et respondebit mulier, amen, amen. Scribitq. sacerdos ista maledicta in libello, et dabit ei bilere: quasi cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelyptia, et eleuabit illud coram Domino, imponetq. illud super altare: ut duntaxat, ut prius pugillam sacrificii tollat de eo quod offertur, et incendat super altare, et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quis eum hiberit, si polluta est, et contemptio viro adulterii rea, pertransibunt eam aqua maledicta, et inflato ventre computrescet femur, eritq. mulier in maledictionem, et in exemplum omni populo. Maritus uero absque culpa erit, et illa recipiet iniquitatem suam. Quod si polluta in ueris ueritatem erit, et faciet liberum.

4 pars. Sed qualiter huiusmodi purgatio uideatur esse inhibita, cum in præmissa auctoritate Stephani Papa dicitur [Spontanea confessione, &c.]

¶ Capiti huius uulgati erit præpositum nomen Palea: sed in omnibus, qua collata sunt, manuscriptis habetur sine ulla nomine palea, et quidem coniuictum cum præcedenti capite. Ac certe uersiculos, sed qualibet uideatur indicare locum hunc Numerorum ab ipso Gratiano recitatum fuisse.

¶ Maritus uero [Hoc asque ad uers. quod si. sicut hinc transposita ex extremo eundem quatuor capiti Numerorum.

C. XXII. ¶ In uero testante, monomachia non recipitur.

Item ex decreto Nicolai Papæ. Monomachiam d. uero in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus: quia licet quosdam inuisse legimus, sicut sanctum David & Goliath sacra prodit historia, nusquam tamen, ut pro lege recitatur, alicubi diuina sanxit auctoritas: cum hoc, & huiusmodi sectantes, Deum solimmodo tentare uideantur.

¶ Epistola scripta Carolo Regi patrio Lotharie, (ex qua capit hoc est acceptum) extra Roma in codice saepe citato monasterii Dominianorum. In qua uerba alia refertur, Lotharium, cum seruire uellet an Theoperga sive Thierberga (ut uocant Rhingio) ipsius uxor adulterium patrasset, uoluisse duos homines monomachiam committere: ita ut si ille, qui parat Theoperga ruerit,

a 33. 7. c. 1. & 2. b ab Nimeris. c. Num. 5. d. Bure. 19. 6. 1. u. p. a. c. 17. q. 1. Reg. 100.

retur, caderet, ipsa plane adulterii conuicta conferetur. Hoc de reprehendit Nicolaus, docens hanc non esse legitimam rationem probandi crimina (quamuis in Longobardico constitutionibus in Capitalibus habetur) sed potius nihil aliud esse, quam uerum tentare. Addit uero denegatum fuisse à Lothario Theoperga ipsam purgationem, his uerbis, sed de adulterio illa coram me si nostri presentia purgare se uoluit, sed ipse non annuit. Tunc hanc historiam describit Rhegino lib. 2. Chronicon. In his uero ostenditur ueritatem huius capituli apud Gratianum non esse generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum uel de omni non esse uendum monomachia ad purgationem, 5 pars. Contra in concilio Wormaciensi, c. 17.

C. XXIII. ¶ Si furta in monasterio sunt, iudicium monachi se expurgent.

¶ Ep. a contingit, ut in monasterio furta perpetrentur, & qui hæc committant ignorentur. Idcirco in uisum est, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab abbate celebretur, uel ab aliquo cui ipse abbas præcepit præsentibus fratribus, & sic completa Missa omnes communicent in hæc uerba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie.

¶ Sic expleta [In hoc capite addita sunt uerba in hoc concilio, que à collectoribus uidebantur emissa. Sed hoc factum uisum est, uarietatem indicare. Nam in concilio non legitur, & sic in ultima Missa celebratione, pro expiatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.

C. XXIV. ¶ Quicumque de adulterio accusatus, probabiliter iudicio se expurgat.

Item in Saletugadiensi concilio, c. 7. Interrogatus est, si duo de adulterio inculpatus erint, & unus profiteatur, & alter negat, quid inde respondendum sit? Decretum est à sancto concilio, ut ille, qui negat, probabili se iudicio expuret, & qui professus erit, dignam poenitentiam agat.

C. XXV. ¶ Cum plures de adulterio accusentur, & unus ceteros purgare uoluerit, omnes rei habeantur: si ipse in iudicio ceciderit.

Item in eodem, c. 14. Statuit de quoque sancta synodus, ut si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & coram se concedi, ut alter illorum utrosque diuino purget iudicio, si unus in hoc ceciderit, & ambo rei habeantur.

C. XXVI. ¶ Pro singulis Missa celebraretur, qui aliquo crimine accusantur.

Item in concilio Wormaciensi, c. 10. Si Episcopo, aut Presbytero causa criminata, uel est homicidium, adulterium, furto, & maledictio imputatum fuerit, pro singulis Missam celebrare non debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinque mensibus ecclesie extraneus habeatur.

¶ Celebrare [In concilio, & apud Barchardum, & hinc sequitur, & secretam publice dicere.

¶ Illud uero, quod Sixtus & Leo in fine suo purgationis adhiberunt, ex eorum exemplo intelligendum est: exemplum enim sui in Barchardum in litteris ceteris præscribere legem purgationis.

QVÆSTIO IV.

¶ Quid uero quarto loco queratur, ad idem testimonium Episcopus sit condemnandus, multo magis auctoritate probatur. Sicut enim Episcopus

a Barch. l. 1. cap. 64. b ab addeano. c Barchard. in opera. l. 1. p. 15. cap. 173. d Barch. lib. 1. u. p. 1. c. 1. e ad decidit. f Barch. lib. 2. c. 97. l. 1. p. 1. c. 1. reddere.



gelo Joanni a legitur, aut Christus ad Iudeos [In lege b vestra scriptum est, quantum duorum hominum testimonium verum est.] Hinc consequenter contra eos argumentatur, dicens, [Si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris non accipitis?] Item Paulus in epistola ad Corinthios c. [In ore duorum vel trium statim ante verum.] Item in epistola ad Hebræos d. [Qui pravaricati legem Moysi duobus vel tribus testibus convictus, sine misericordia lapidabitur. c.]

C. I. Quot testibus quisque clericorum convincti debeant.

Item ex concilio Bracaren. 2. c. 8.

Placuit, f ut si quis aliquem clericorum in accusatione & fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli Apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit, excommunicationem acculati acculator accipiat.

2 pars. Ex præmissis itaque colligitur, quod duorum, vel trium testimonio Episcopus convinctus, & damnari potest. Porro Sylvester Papa in h generali synodo residens contra dixit.

C. II. Quot testibus Episcopus, vel Presbyter, vel reliqui clerici sine convincti.

Præsul non damnabitur nisi eum 1. lxxij. testibus: nec præsul i summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est k [Non est discipulus super magistrum.] Presbyter autem Cardinalis, l nisi cum xlv m testibus non damnabitur: Diaconus vero Cardinalis urbis Romæ, nisi cum xxvij. testibus n non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi septem testibus condemnabitur. Testes autem, & accusatores sine aliqua sint infamia.

1 ¶ Nec præsul summus] Ex concilio Romano sub Sylvestro, & ceteris loci indicatis (excepto Panormia) addita sunt hæc usq; ad ver. Presbyter. Ac mirandum est de auctore glossæ, qui præcavit Pontificem Maximum minore numero testium posse condemnari, quam Diaconum Cardinalem, atq; ostiarius: cum tamen ipse Pontifex a generali saltem præsulis nomine minime esset excusandus.

C. III. Episcopi non nisi lxxij. testibus condemnandi sunt.

Item Leo quartus in epistola Episcopi Britannia.

Nvllam o damnationem Episcoporum unquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum (qui fit per duodecim Episcopos) aut certe probata sententia per lxxij. testes idoneos, qui tales sint, qui & accusare possint. ¶ Et prius ad sacra Christi quatuor Evangelia sacramenta præsent, quod nihil fallum depromant: sicut i nobis beatus Sylvester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. ¶ Et si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in presentia Romana sedis Episcopi petierit audiri, nullus super illum definitivam præsumat dare sententiam: sed omnino eum audiri decernimus.

1 ¶ Sicut nobis] Hinc usq; ad dictionem, ecclesia, non legitur in epistola Leonis manuscripta, habentur tamen apud Ironem.

Sed hæc vel specialis privilegio de clericis Romana ecclesia intelligitur, vel propter improbitatem quorundam, qui eum non sine spectata vita, & scientia, in accusationem ministrorum Dei repente proficiunt. Quorum vero vita adeo laudabilis est,

a Joan. 8. b Deut. 17. c 2. Cor. 13. d Heb. 10. e al. lapidabitur. f Burch. l. 2. cap. 202. lvo par. 6. cap. 276. Pann. l. 4. c. 97. g al. macula fornicationis. h in epistola concilio Romani, c. 3. i al. in. k Matth. 10. & Luc. 6. l abest ab orig. m al. lxxv. n al. xxxvi. testibus. o In cap. Hadriani, c. 72. In conc. Mogont. 2. c. 12. C. li. cap. 139. Pann. l. 4. c. 97. Poly. l. 3. tit. 1. Deinde dicit p. 3. lvo p. 3. 4. 116. Zepherinus epist. 1.

ut omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulla dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum, vel trium testium quilibet iure convinci & damnari poterit.

QVÆSTIO VI.

1 Equatur sexta quæstio, qua queritur, quo remedio causa vitiosa sublevetur: & si remedium illud sit dandum, et qui causa dilatori vocem appellationis exhibuerit. Causa vero vitiosa remedio appellationis sublevari poterit.

C. I. Causa vitiosa remedio appellationis sublevari.

Unde Fabianus Papa ad Hilarium Episcopum, epist. 3. c. 3.

Iteat * appellatori vitiosam causam remedio appellationis sublevari.

C. II. De eodem. PALEA.

[Idem paula ante.]

Appellationem a non debet afflictio ulia aut carceris, aut detentionis injuriare custodia.

C. III. De eodem.

Item Anacletus Papa epist. 1. in fine.

Omnia b oppressus liberè sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & a nullo prohibeatur: sed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur. Et si illic facile discerni e non poterint, aut iuste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio 2, (quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet,) iuste, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate ecclesiastica negotia 2, & coram patritio secularia iudicentur negotia in commune. d

1 ¶ Congregatio] In vulgatis sequebatur, sub metropolitanano: qua sublata sunt, quia in nullo manuscripto, neque in originali habentur, & in sequentibus verbis exponitur, coram quibus sit habendum concilium.

2 ¶ Ecclesiastica negotia] In epistola legitur, Primate ecclesiastico, & coram patritio secularia, &c.

C. IV. Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem appellet.

Item Sixtus Papa epist. 2. omnibus rectoribus ecclesiæ scribit, dicens.

Si e quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam, & Apostolicam sedem appellet, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne ipse innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur.

C. V. In gravioribus causis pulsati Apostolicam sedem appellent.

Item Grato i epistola prima.

Omnes f Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel erimantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant.

1 ¶ Grato] Sic est restitutum ex plerisque vetustis (nam in vulgatis erat, Item Gregorius) quantum in totis conciliis hac epistola tribuitur Sixto secundo: illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto primo.

C. VI. Ab omnibus appelletur ad Romanam ecclesiam.

Item Marcellus Papa, epist. 1. ad Episcopos Antiochena provincia.

Ad g Romanam ecclesiam omnes Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, quasi ad caput

* Est in decretis Sixti tertii, c. 3. Cod. Theo. l. 6. tit. de appel. in inter. l. 15. a Anst. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 88. Lib. 7. cap. 6. 333. Burch. l. 1. c. 148. Pann. l. 4. c. 121. b Sixtus ibid. Poly. l. 1. tit. 7. Anst. l. 2. c. 11. c al. decerni. d al. communi. e lvo p. 3. cap. 3. Anst. l. 2. c. 8. f Iulius Papa epist. 2. ad orientales, c. 2. Burch. l. 1. c. 144. lvo p. 5. c. 237. Pann. l. 4. c. 124. Anst. l. 2. c. 12. g Poly. l. 1. tit. 7. Anst. l. 2. c. 7. Pann. l. 4. c. 125. Iulius ibid. c. 4. In c. Hadrianus c. 6.



suffugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem atque i consecrationem: Quod omnibus minime convenit denegare Episcopis: sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expolatione libere ire concedatur.

¶ Atque consecrationem in originali est, ut inde accipiant tuitionem & liberationem; unde acceperunt informationem, atque consecrationem: sed ob glossam non est mutatum.

C. VII. ¶ Qui a proprio metropolitano se gravari putaverit, majorem sedem appellet. Item Victor ad Theophilum Alexandrinum, epist. c. 3.

¶ Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud Patriarcham, vel Primatem dioeceseos, aut penes universalem Apostolicam ecclesiam judicetur sedem.

C. VIII. ¶ Ad Romanam ecclesiam, quasi ad matrem appellentur ab omnibus. Item Zepherinus b. urbis Roma Episcopus, epist. 1.

¶ Ad Romanam ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus oppressionibus releventur: quia non potest, nec debet mater oblivisci filium suum.

C. IX. ¶ Quoties aliquis appellaverit, audientia sibi non denegetur. Item Iulius Papa in decretis, sive in rescripto ad orientales, c. 21.

¶ Placuit, ut a quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos (ubi est auctoritas major) fuerit provocatum, audientia non negetur.

C. X. ¶ Injuste damnati, restitutionem, & oppressi auxilium a Romana ecclesia debent habere. Item cap. 39.

¶ Deo huic sancte sedi prestanta privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis conciliis, & iudiciis, ab restitutionibus Episcoporum, quam & de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, & injuste damnati restitutionem sumant: Et talia ab improbis ne presumentur absque ultione, nec exerceantur absque damnatione.

¶ 2 pars. Cum ergo Zepherinus dicat ab omnibus esse appellandum, maxime tamen ab oppressis, & Marcellus scribat [Omnes Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, appellare debent,] patet, quod accusato (sive gravetur, sive non) vox appellationis non est deneganda. Quidam tamen ita distinguunt, ut [volentes] ad consecrandos, [necessitates] patientes] ad oppressos referant, ut sit sensus, omnes, qui voluerint a Romana ecclesia consecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare, quibuscumque in suis oppressionibus necesse fuerit ad eam suffugere, similiter vocem appellationis exhibent, ut isti tuitionem, & illi consecrationem ab ea accipiant. Similiter & illud Zepherini distinguitur [Ab omnibus est appellandum ad Romanam ecclesiam,] intelligendum est, qui ab ea consecrationem voluerint accipere, vel qui a prelati suis aliquam injuriam passi fuerint, maxime tamen ab oppressis. Secundum primam interpretationem, oppressi intelliguntur aliqua injuria affecti: juxta secundam vero, oppressi dicuntur a iudice injuste condemnati. Secundum hanc distinctionem, quic in aliquibus negotiis non ad revocandum, sed ad differendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.

C. XI. ¶ De causa appellationis cognoscere non licet, nisi ei, ad quem appellatur.

a Poly. lib. 1. tit. 1. c. 144. Pamm. l. 4. c. 116. Ivo p. 5. c. 277. Anst. h. c. 6. b. In epist. Lucii 1. c. in conc. Carth. 3. c. 10. In cap. Hadriani. c. Anst. l. 3. c. 88. Ivo p. 6. c. 326. ex Lucio.

Sed cum Gregorius scribat omnibus per diversas provincias.

¶ Decreto a nostro vestram rogantes charitatem mandamus, ut si aliquis (quod non optamus) fuerint amulorum, Aldricum Cœnomaniensis ecclesie Episcopum accusare damnabiliter attentaverit; ut i honorem beati Petri Apostolorum principis memoria, ecclesie Romanæ, cui preesedit, privilegium, nostri nominis auctoritas, liceat illi post auditionem prima, tum deinceps (si necesse fuerit) nos appellare, & nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante legatos nostro t ex latere nos juxta patrum decreta suas exercere atque diffinitiones: nullusque illum ante hæc iudicet, aut iudicetur. Sed si quid (quod ablit) grave, intollerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura; ut nihil prius de eo, qui ad sinum sancte ecclesie Romanæ confugit, & ejus implorat auxilium, decernatur quam ab ejusdem ecclesie auctoritate fuerit preceptum: quæ vices suas ita alius impertiverit ecclesie, ut in patrum sint vocate sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. ¶ Si autem (quod non arbitramur) a quoquam secus presumpsum fuerit, ab officio clerici subnotetur auctoritatis e Apostolica reus ab omnibus judicetur: lupi, qui sub specie ovium subintraverunt, bestialia facta quaque audeant lacerare: & quod sibi fieri voluerint, aliis inferre presument.

¶ ¶ Vi honoretur] Hinc usque ad ver. auctoritas, etc. ta sunt ex ipsa epistola qua extat in bibliotheca D. m. c. c. videtur esse Gregorii quartum, ex qua etiam scriptum est cap. 1. h. l. fas. dist. 19. & apud Ivoem utriusque cap. sunt habentur. Ipsi autem Aldrici (ut ex catalogo Episcoporum ecclesie Cœnomaniensis colligitur) mentio est in concilio apud Sanctum dardum; quod paulo post Gregorium quartum habitum fuit, in quo defenso ipsi a Gregorio prestra profuit.

C. XII. ¶ Iudicia appellantium ab eis sint audienda; ad quos appellatur. Item cum Vigilius Papa in epistola ad Eleutherium, c. ult. dicat.

¶ Qui a se se sit aliis esse prepositum, non molestus erit aliquid esse sibi prelatum. Ipsa namque ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas eredit largiendas, ut in partem sint vocata sollicitudinis, non plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum majorum negotia causarum eidem sancte sedi referenda esse liquet; præsertim cum in his omnibus eorum sit expectandum consilium: cujus tramiti, si quis obviare tentaret sacerdotum, causas se non sine bonorum periculo apud eandem sanctam sedem noverit recedendum.

¶ Restitutum est caput hoc Vigilio antiquorum exemplarum auctoritate. Antea vero tribuebat Iulio, in cuius etiam epistola prima habetur prior pars istius capituli usque ad ver. ipsa namque (quæ admodum & apud Leonem epist. 1. 4. quod refertur in dist. 23. e. quamquam & in e. sequenti, qui sine) & etiam in ceterarum partium.

C. XIII. De Rhemensis Archiepiscopi, qui appellantiem Romanam sedem iudicare est ausus.

¶ Item cum Nicolaus Papa in Himerarum Rhemensem Archiepiscopum invenitur, qui Rhotandum e Episcopum appellantiem Apostolicam sedem iudicare ausus est, ita dicitur.

¶ Arguta f sapientia tua, utinam in bono accepta fomitent iudicii, & materiam depolitionis adiret.

a Poly. lib. 1. tit. 7. Ivo p. 5. c. 349. Anst. l. 2. c. 19. b. al. stros. c. al. injuriarum reus. d. Anst. l. 2. c. 10. Poly. l. 1. tit. 1. c. al. Rothaldum. In appendice bibliothecæ sancti marci parisiensis. f. Anst. l. 3. cap. 67.



lus Rhotandum assumptis, & ab itinere Apostolica sedis removit, & continuatim Apostolicam sedem appellantiem damnavit, & carcerali custodia mancipavit. *Et infra. b* ¶ Privilegia tamen Apostolica sedis vos obliuioni tradere nullatenus debuitis, quibus venerandi canones iudicia totius ecclesie ad hanc deferri iubent. *Et infra. c* ¶ Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noveritis operatos, ut privilegia sedis Apostolica, quæ malè à vobis violata videbantur, & à nobis tot impensis laboribus, vestra resistente contumacia, recuperari non poterant, auctoritate Apostolica, & cana i patrum deliberatione pristino tandem genio, & proprio decorarentur honore.

C. X. ¶ *Canis* Cùm antea legeretur, canonica, emendatum se esse ex epistola ipsa, quæ habetur manuscripta, & nuper est impressa in appendice bibliothecæ: & in lib. Emodii pro Symmacho legitur, cana miracula, & canum genium. iuxta illud Virgilii. Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus, Iura dabant.

C. XIV. ¶ Quisquæ eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus desiderat.

Item Leo Papa ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. 12. al. 2.

Quis sit se quibusdam esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat: & sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri dicentis, e [Dissete à me quia mitis sum & humilis corde.]

Pater ergo, quod nulli appellanti sibi iudicia deneganda. Ceterum, si causa frustratoria dilationis appellaverit, à iudice, ad quem provocatum fuerit, condemnabitur. Tempus verò appellationis est ante datam, vel post datam sententiam. Quoties enim quis se gravari senserit, libere potest appellare.

C. XV. ¶ Quis gravatur, à proprio metropolitanis, Primatem, aut universali ecclesie sedem appellat.

Unde Sixtus d. Papa 11. epist. 1. ad Gratium Episcopum ait.

Si quis putaverit se à proprio metropolitanis gravari, apud Primatem dioceseos, aut penes universali Apostolicæ ecclesie Papam iudicetur.

C. XVI. ¶ Romanam sedem appellat, qui iudicem suspectum habet.

Item Felix secundus ad Episcopos in Alexandria synodo congregatos, cap. 19.

Quoties si Episcopi se à suis comprovincialibus, vel à metropolitanis putaverint gravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione liberè liceat ire: & dum prædictam Romanam matrem appellaverint ecclesiam, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter à quocumque præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit.

C. XVII. ¶ Decretum. PALEA.

Item Iulius Papa in rescripto ad Episcopos orientales, c. 30.

Ideo & huic sancte sedi præfata privilegia specialiter concessa sunt, ut ab ea omnes auxilium oppressi, & iniuste damnati restitutionem sumant.

a al. retrocavit. *b* orig. *b* Ans. l. 2. c. 85. *c* Math. 11. *d* Et Visitor epist. 1. & Iulius sup. ead. c. si quis putaverit. *e* sup. c. 7. *f* Poly. l. 1. tit. 6. Ans. l. 2. c. 9. & 11. Pann. l. 4. c. 126. *g* Ans. l. 2. c. 66. *g* Sup. ead. c. 100.

¶ Est summa quædam capitis vestra supra ead. c. ideo, & habetur in vetustis exemplaribus, in quibus Palea esse non solent. Oppressi, & se gravari putantes intelliguntur ante datam sententiam: iniuste damnati: post datam sententiam.

C. XVIII. ¶ Ante exitum cause per appellationem recedere licet.

Unde Eutychianus ubi Romana Episcopus scribit Episcopo per Siciliam, epist. 1. c. 1.

Non a ita in ecclesiasticis agendum est negotiis, sicut in secularibus. Nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare coeperit, non licet ei ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis verò, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

3 pars. Qui verò ex contumacia iudicibus obtemperare noluert, communiore pri vetur.

C. XIX. ¶ Excommunicetur, qui iudicibus suis obtemperare non vult.

Unde in concilio Milevitano, c. 24.

Quisquis b probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet.

Item quòd post datam sententiam appellari possit, Fabianus Papa testatur, dicens Hilario Episcopo, epist. 3. c. 2.

C. XX. ¶ Non denegetur appellatio ei, quem in supplicium sententia destitit.

Licet e etiam in criminalibus causis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio d sententia destitit.

Quod paulò ante idem affirmat eodem cap.

C. XXI. ¶ Ante datam sententiam licet alii appellare.

Si e quis iudicem adversum sibi fenserit, vocem appellationis exhibeat.

4 pars. Post datam verò sententiam, qui appellare voluerit, intra quinq. dies appellet, & intra eisdem a quo provocavit, literas dimissorias accipiat, & intra eisdem, ad quem appellavit, iter arripiat.

C. XXII. ¶ Post latam sententiam intra quod tempus quisque appellare debeat.

Unde in Theodosianis l. legibus sic statutum invenitur.

Propter f superfluum appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel revocandis sententijs liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & poenæ constitutæ sunt, ut quicumque apud iudicem, qui causam ejus audivit, appellare, & ad alium iudicem appellare g voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipsis quinque diebus ad iudicem, ad quem provocaverit, sine aliqua dissimulatione perveniat: & ipse dies, quo accipit literas, in his quinque diebus specialiter computetur. Quod si longius iter sit, exceptis his quinque diebus spatium dierum, quo iter agi possit, computetur.

1 ¶ Theodosianis] Hoc & quatuor sequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodosianis, habentur lib. 5. sententiarum Iulii Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiam tempore has sententias conjunctas fuisse cum codice Theodosiano, seu breviario Alarici. Alaricus autem in præfatione proficitur se voluminem illud non ex solo Theodosiano codice, sed ex variis libris colle-

a Ans. lib. 3. cap. 73. Poly. l. 1. tit. 1. l. 1. v. 6. c. 336. Pann. l. 4. c. 100. *b* Pann. l. 4. c. 132. *c* Cod. Theod. l. 11. tit. 30. in interp. l. 20. Ans. l. 2. c. 11. Burch. l. 1. c. 148. l. 1. v. 3. c. 261. Pann. l. 4. c. 122. *d* in supplicium. *e* l. 1. v. 3. cap. 248. Ans. lib. 1. Burch. lib. 1. Pann. lib. 4. c. 120. *f* in sententijs Iulii Pauli cum interpre. Aniani lib. 3. tit. 33. c. 1. l. 1. v. 3. c. 201. Pann. l. 4. c. 127. *g* al. provocare.

gisse, & in legum collectione, atq; interpretatione Episcoporum præcipua opera usum fuisse.

C. XXIII.

HAbita a dinumeratione xx. millium diurnorum per singulos dies, computetur.

¶ Caput hoc abest à veteribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Ivone, & Pannormia. In uno autem Gratiani valde emendato, est in margine superioris capituli tanquam glossa quadam.

C. XXIV. ¶ A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimissoria litera dirigitur.

Item ibidem tit. 3. c. 2.

Ab eo, quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, dimissoria litera dirigitur, quæ vulgò apostoli appellantur, quarum e postulatō & acceptio intra quinque dies ex officio finienda est. [¶ Ista e jam superius sub titulo de cautionibus & pœnis appellationum interpretata sunt.] ¶ Qui intra statuta tempora dimissorias non postulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, præscriptione ab agendo submovetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

C. XXV. ¶ De his qui causam litigationis appellant.

Item ibidem tit. 3. c. 2.

Quiunque s non confidentia iuste causæ, sed causæ afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellaverit, vel si de factō suo confessus, ne addatur g, appellare voluerit, huiusmodi appellationes non recipiuntur.

C. XXVI. ¶ Cum possessor appellat, dum eventus causa dubius est, possessionis fructus sequestrantur.

Item ibidem tit. 3. c. 2.

Quoties s post auditam causam iudicij possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum secundæ audientie eventus dubius est, merito sequestrantur. Nam si petit appellaverit, hoc ab eo postulari non potest: quia non potest sequestrari, quod non habet. Si propter prædia urbana, vel mancipia appelleretur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, si de navigatur, deponi solent.

C. XXVII. ¶ In iuste appellans omnino puniendus est.

Item ibidem tit. 7. c. 1.

Omnino i puniendus i est, ut quoties iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum sequetur adversarius impendit, reddere cogatur, non sumptos, sed quadruplos.

¶ Omnino puniendus i In sententiâ Pauli legitur, omnimodo probandum est, &c. Sed quia est initium capitulo, & de huiusmodi punitione multa sunt à Doctoribus adnotata, non est mutatum. Tantummodo ductus orationis est emendatus, addita particula, ut.

Præmissis auctoritatibus intra quinq; dies post datam sententiam cuiq; appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens intra decem dies appellationis remedium cuiq; dandum decrevit, dicens.

C. XXVIII. ¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur.

Imperator Iustinianus & Augustus.

Anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes facientes, & in præsentî ad huiusmodi beneficium per-

a ff. si quis cau. l. 1. b Ivo p. 1. c. 202. Pannorm. l. 4. c. 128. c. al. quorum. d. al. facienda. e. Sunt verba interpreti. f. Ex interpretatione. Ivo p. 1. c. 213. Pannorm. l. 4. c. 129. g. antea legebatur al. iudicatur, vel obicitur. h. Ex interpretatione. Ivo p. 5. c. 204. Pannorm. l. 4. c. 130. Ex Paulo ibidem. i. Ivo part. 1. c. 205. Pannorm. l. 4. c. 131. Ex Paulo. k. Novella 23. apud Iulianum antecessorem.

venire duximus esse necessarium. Antiquitate etiam cautum erat, ut si quis per se litem exercuerit, & sine condemnatus, intra dies duos tantummodo licentia appellationis haberet: sin autem per procuratorem causa ventilata sit, & in triduum proximum eam excedi. Ex rerum autem experientia invenimus hoc esse damnosum. Plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum esse provocatorem porrigendas, in promptum periculum incidisse, & duo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi. Et statimus omnes appellationes, sive per se, sive per procuratorem, seu per defensores, vel curatores & iuratos ventilentur, posse intra decem dierum spatium a citatione sententiæ enumerandum iudicibus ab his, quorum interest, offerri, sive magni, sive minores sum, & licet homini intra id spatium plenissime deliberare, sive appellandum ei sit, sive quiescendum; ne tamen instante opus appellatorum frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quæ & indiscussos bonorum calores potest refranare. ¶ Ad hæc sancimus, quando lis speratur inferri in nostrum consistorium, forte contigerit Imperatoriam maiestatem occupare publicis causis ex mundanis provisionibus, non potest convocare patres, quatenus causa agitur, non licet litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen Imperatorum occupetur, vel quis tante auctoritatis, ut nolentem Principem possit ad convocandos patres, ceterosque proceres coarctare? Sed quid tale evenerit, causa intacta permaneat, donec Imperator sua sponte motus, & convocari processus iusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere. ¶ Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuta, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda veritas auctoritas ita magistratus digesserit, ut alii magis alii medii, alii minores sint, & appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices mittentur, sed ad spectabilem iudicium eribunt, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem excernerent, novitas autem hoc dereliquerit, eventus, & per minimis causis maximi nostri iudices inquiruntur: & homines propter minimas causas magni sumptus impendunt, ut forsitan totius litis æstimatio sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, quando ex Aegyptiaco tractu, vel adjuncta ei utraque Lybia provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regionem urbem eam veniat, sed ad præfectum Augustalem, qui audiat, & causam examinet vice sacri cognitoris, nulla ei penitus postea ditionem sententiam appellatione porrigenda. Similiter modo quoties in Asiana diocesi, vel Pontica, tractat quid emerferit usque ad prædictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites fortè, vel proconsoles, vel protores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinem præfecti Augustalis, vice sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, tamen & legum timore perferant decidendas. Ontentalem autem tractum causas appellatione suspensas, & usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum spectabilem comitem orientis mittere, & simili modo audientiam & finem eis imposituram. Illo videlicet observando, ut viri spectabiles duces, & alii spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantæcunque sint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed ad a minori iudicio in majus tribunal ascendere:) sed ad

Illustrissimum



multissimam praefecturam illorum appellationes, cuiuscunque sint quantitatis (ut dictum est) dirigantur, quæ a una cum viro excelso pro tempore quæstione eas dirimat, utroque officio subministrante, id est, tam ex laicis scribis more solito, quam prætorio. Ita tamen hæc sancimus, ut nec a ducibus, si non sunt spectabiles iudices (quibus forte, etsi privati sint, Imperialis majestas causas innoxerit) appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur: sed a præsidibus quidem provinciarum, & iudicibus a nobis datis, si non sunt spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referentur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui a Principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regionem ad competentes antiquo more iudices referuntur: omnibus aliis, quæ in appellationibus statutæ sunt, vel ab antiqua profapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel à nostra humanitate, intactis, illibatisque custodiendis.

C. XXX. ¶ Quando appellandum sit primo, vel secundo.

Item lib. 49. digest. tit. quando appellandum sit. lege 1. §. biduum.

Biduum vel triduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. ¶ Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione dicta, utrum ex die sententiæ latæ tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiæ extitit? Sane quidem non est sub conditione sententia dicenda. Sed si fuerit dicta, quid fiet? Est utile statim tempora ad appellandum computari debere. ¶ Quod in sententiis receptum est, ut vel altera die, vel tertia provocetur, hoc etiam in cæteris observandum est, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere & posse, supra relatam est, ut cum quis ad tutelam, vel ad alia civilia munera nominatur, & ejus excusatio non admittitur. ¶ Dies autem istos, in quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse, oratio divi Marci voluit, si forte ejus à quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur. At enim: is dies servabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare si forte statim post dictam sententiam copiam sui non fecerit is qui pronunciat (ut fieri solet) dicendum est nihil nocere appellatori. Nam ubi primum copiam ejus habuerit, provocare poterit. Ergo si statim se subduxit, simili modo subveniendum est. Quid igitur, si conditio horæ effectus, ut se reciperet? Si forte dicta sit sententia jam suprema hora, utique non videbitur se subtraxisse. ¶ Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit. Cæterum si non fecerit, an imputetur alicui, quod ad domum ejus non venerit, quodque in hortos non accesserit, & ulterius quod ad villam suburbanam? Magisque est, ut non debeat imputari. Quare si in publico ejus adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. ¶ Si quis ipsius quidem, à quo appellavit, adeundi facultatem non habuerit, ut 2. ei libellos daret, ejus autem, quem appellavit, habeat copiam, videndum est, ut ei præscribi possit, quod eum non adierit. Et hoc jure utimur, ut si alterius adeundi fuerit copia, præscriptio locum habeat. In propria causa biduum accipitur. Propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palam est eam propriam esse causam, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. ¶ Si adversus absentem fuerit pronunciatum, biduum vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pro-

nunciatum est. Quod autem dicitur absentem posse provocare, ex quo scit, sic accipit, si non in causa per procuratorem defensus est. Nam si ille non provocavit, difficile est, ut hic audiatur. ¶ Si quem b in insulam deportandum adnotaverit præses provincie, & Imperatori scripserit, ut deportetur, videamus, quando sit provocandum, utrum cum Imperator rescripserit, an ut deportetur, an cum ei scribitur. Et purem tunc esse appellandum, cum recipi eum præses jubet, sententia prolata, Imperatori scribendum, ut deportetur. Cæterum verendum est, ne serò sit, ut nunc provocetur, cum Imperator insulam ei assignaverit. Comprobata enim sententia præsidis, tunc solet insulam assignare. ¶ Rursus illud verendum est, si mendaciis apud Principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam provocandi. Quid ergo est? Rectè dicitur humanitate suggerente, ut & hoc & illo tempore non frustra provocaretur: quia non adversus Principem, sed adversus iudicis calliditatem provocavit. ¶ Illud quoque videamus, si cum Imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatori editum sit, neque is appellaverit, & postea contra eum rescriptum sit, an appellare, à literis pridem sibi editis possit? § quia e qui tunc non appellavit, vera esse quæ scripta sunt, consensisse videtur; nec est audiendus, si dicat eventum sacri rescripti se sustinuisse.

1 ¶ Ut cum quis] Hinc usq; ad vers. non admittitur. non sicut in Pandectis: sed quia superius in eadem lege sententia ipsorum exprimitur, non sunt expuncta, sed descripta aliis characteribus.

2 ¶ Vt ei libellos daret] Verba hæc non sunt in Pandectis, sed ob glossam non sunt inducta.

3 ¶ Imperatori scripserit] Sic est emendatum ex Pandectis. Antea legebatur, Imperator rescripserit.

4 ¶ Sententia prolata] Hæc usq; ad vers. Cæterum, sunt addita ex Pandectis.

5 ¶ Possit] In vulgatis codicibus sequatur, certe non potest: quæ neg. in vetustis, neg. in Pandectis habentur.

C. XXX.

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, leg. prima.

Non solent audiri appellantes, nisi hi quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur. Sed etsi mater 1, cum filii rem sententia eversam animadverteret, provocaverit, pietati dans, dicendum est & hanc audiri debere, & scilicet præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio defendere non potest. ¶ Scævola libro quarto regularum. f. Ante sententiam appellari potest, si quæstionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges hoc faciat. ¶ Macer libro primo de appellationibus, lege quarta. Eius, qui ideo causam agere frustratur, quod dicit se libellum Principi dedidit, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi sacris constitutionibus vetatur.

1 ¶ Mater] Ante brevius legebatur, sed etsi mater ex pietate provocaverit, dicendum, &c. Multa vero alia in hoc & sequenti capitulo ex ipsis Pandectis sunt emendata.

C. XXXI. ¶ De dimissoriis libellis.

Item Martianus l. 2. de appellationibus, tit. g. de libellis dimissoriis, l. unica.

Post appellationem interpositam literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, sive Principem, sive quem alium: quas literas dimissorias, sive apostolos appellant.

a al. accipimus. b al. quidem. c In principio ejusdem legis prima. d al. scripserit. e l. u. co. tit. f. leg. 2. ibidem. g lib. 49. digest. tit. 6.

Senfus autem literarum talis est: appellasse puta Lucium Titium a sententia illius, quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter, & sæpius: ut & si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam repetentis a dimissorias constitutiones desiderant. Equum est igitur, si per eum steterit, qui debeat dare literas, quominus det, ne hoc accipienti noceat. *Ulpianus libro quarto b de appellacionibus, titulo, nihil innovari appellacione interposita, lege unica.* Appellatione interposita, si ea recepta fuerit, siue n, medio tempore nihil novari oportet. & infra. ¶ Si qu. ex pluribus factoribus condemnatus, propter quædam appellaverit, propter quædam non, utrum differenda pena ejus sit, an non, quaritur. Et si quidem graviora sunt crimina, ob quæ appellatio interposita est, levius autem id, propter quod non appellavit, recipienda est omnino appellatio, & differenda pena. Si verò graviores sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnimodò pena imponenda est.

Forma Apostolorum hac est. Ego ille, sancte Bononiensis ecclesie Episcopus, te Presbyterum Rolandum, capellanum sancti Apostolorum, ad Apostolicam sedem, quam appellasti, ab observatione mei iudicii hu apostoli dimitto. Forma verò appellanti ante sententiam hac est. Ego Adelinus sancte Rhegna ecclesie minister (licet indignus) sententiæ me pragrari a Domino Gualterio, sancte Ravennatis ecclesie, Archiepiscopo, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ Si vero post datam sententiam appellare voluerit, hic erit ei modus appellandi. Ego A. sancte Rhegna ecclesie minister (licet indignus) sententiam Domini G.S. Ravennatis Archiepiscopi iniuste in me latam pridie Kalen. Maii, Anno Domini incarnationis M c. xli. 1. indictione quarta, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ Si autem unus, vel duo pro pluribus appellare voluerint, sic appellabunt. Ego P. & G. Synodi canonorum S.B.E. sententiæ nos pragrari, vel contra sententiam, & c. Romanam sedem appellamus, & apostolos postulamus. Et huiusmodi appellaciones in scriptis fieri debent.

¶ *Mexli. In vulgato erat. Mclxi. qui numerus, ut recte in glossa dicitur, consolare non potest. Quod hinc etiam confirmatur, quia quarta indictio, de qua hic est mentio, non convenit cum anno illo. In manuscripto autem cum varia sit lectio, hæc visa est melior, qua notarium tantum transpositione restitui potuit, & quarta indictio cum hoc anno concurrat. Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet.*

C. XXXII. ¶ Excommunicetur catholicus, qui committit causam suam iudicio alterius fidei.

Unde in concilio Carthaginensi quarto. c. 7.

Catholicus, qui causam suam, siue iustam, siue iniustam, ad iudicium alterius fidei iudicis provocat, excommunicetur.

¶ Notandum verò est, quod quidam iudices sunt, a quibus appellari non oportet.

C. XXXIII. ¶ A quibus provocari non licet. Unde in concilio Milevitano, c. 24. legitur.

A iudicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare.

Quod de arbitrio intelligendum est. Iudicium enim alii sunt ordinarii, alii arbitrarii. Ordinarii verò sunt, qui ab Apostolico, ut ecclesiastici, vel ab Imperatore, utpote seculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarii sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in iudice eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententia steterit. Horum alii sunt ordinarii & arbitrarii, alii arbitrarii tantum. Ordinarii & arbitrarii sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt sui ditioni suppositi. Ab

a al. petenti. b eod. l. 49. tit. 7. c Et in Africa. c. 19. In epist. Nuc. l. lvo p. 6. c. 36. Pan. l. 4. c. 132.

hiis est, ut arbitrarii a secedant, & non ut ordinarii, privilegio ordinaria dignitatis, gravatus aliquis appellare valebit.

C. XXXIV. ¶ A iudicibus, qui eliguntur communi consensu provocare licet.

Unde in concilio Carthaginensi III. c. 10.

Sanè, si ex consensu partium iudicis electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, licet at i provocari.

¶ *¶ Licet] Hinc canone citat Gratianus (quod ipse aperte profertur) ut ostendat ab huiusmodi iudicibus licere appellari. Verum in concilio Carthaginensi tam impresso, quam in manuscripto cum variis exemplaribus collato, & unico codicum numero etiam impresso, ac manuscripto, & graeco, quod cum ipse concordat, & Africano, ubi hoc repetitur, & apud Ivonem legitur, non liceat. Et qua in ipso canone antecedit, & referantur, si a ead. c. hoc etiam, ostendunt omnino cum negatione legendum esse.*

C. XXXV. ¶ Qui de Episcoporum iudicium queruntur, a vicinis Episcopis audiuntur, vel ab alio, ex consensu eorum adhibito.

Item ex concilio Milevitano, c. 22.

¶ *¶ Lacuit, ut Presbyteri, d. Diaconi, vel ceteri inferiores clericici in causis quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questu fuerint, vicini Episcopi examinant, & inter eos quidquid est, finiunt, adhibito ab eis consensu Episcoporum suorum. Quod si ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africanam ecclesia, vel ad Primates provinciarum suarum. Ad terram marinam autem qui putaverit appellandum, a nullo tam Africanam in communione suscipiatur.*

¶ *¶ Nisi forte i Romanam sedem appellaverint. Iam autem qui appellaverit, ad eum, a quo appellavit, remitti non debet.*

¶ *¶ Nisi forte] Hæc in antiquis codicibus scribitur nonquam Gratiani verba. Et ad hanc sententiam demonstrandum affert sequens caput ex concilio Sardicensi.*

C. XXXVI. ¶ De eodem.

Unde in Sardicensi concilio, c. 7.

¶ *¶ Si quis Episcopus accusatus fuerit, & iudicatus, cum deiecerint, si appellaverit, qui deiectus fuerit, & confugerit ad beatissimum Romanæ ecclesie Episcopum, & voluerit se i audiri, si iustum putaverit, ut i revocetur, vel renovetur examen, scribere Episcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua provincia sunt, ut ipsi illi gener omnia requirant, & iuxta fidem veritatis determinent. Quod i his, qui rogat causam suam iterum audiri, & preceatione sua moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo Presbyteros mittat, erit in potestate ejus, & quæ velit, & quid i iudicet. Et si decreverit mittendos esse, qui presentes cum Episcopis iudicent, ut etiam habent auctoritatem personæ illius, a quo destinati sunt, erit in ejus arbitrio. Si verò e crediderit sufficere Episcopos, a negotio terminum imponant, faciat quod sapientissime consilio suo iudicaverit.*

¶ *¶ Se audiri] Græci est, ἢ ἴθι ἀκούειν αὐτοῦ. Id est, si Romanus Episcopus voluerit ipsum audire.*

¶ *¶ Revocetur, vel] Hæc absunt a concilio tam impresso, quam manuscripto, cum variis exemplaribus collato, & legitur tantummodo renovetur, quemadmodum Græci est, αὐτὸν εἰς αὐτὸν, & sic refertur a Nicolao, & Ivone, sed ob glossam non sunt indulta.*

¶ *¶ Quod si is, qui rogat] Græci est, ἢ ἴθι ἀκούειν αὐτοῦ τὸ πρῶτον ἀνεσθῆναι. id est, si quis tantum postulet & rursum negotium suum audiri, ut sit iudicatus.*

a al. arbitri. b & Afric. c. 89. lvo p. 6. c. 34. c & Afric. c. 92. d n. 3. Presbyteri. e Nicol. in epist. ad Michælem, qua incipit [Proposueramus] in epist. ad Episcopos apud Carthaginem congregatos. lvo p. 6. c. 87. concil. Afric. c. 106.

appellatio



appellatio, quo etiam significatur in capite, Gaudentius. quod apud Græcos proxime antecedit huius capiti.

4. ¶ Episcopus ¶ Sequitur in codicibus Gratiani, etiam in manuscriptis, quemadmodum et apud Leonem, comprovinciales: quæ vox non est in concilio, neque apud Nicolaum. Græcè legitur ἡ ἐπίσκοπος τῶν ἐπινοήτων. id est: & ipsius Episcopi sententiam. Balsamon tamen videtur legisse, τῶν ἐπινοήτων, & primum interpretatur de Episcopis provincialibus, deinde de aliis.

Arbitrari tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acciperent, à quibus appellari non licet, quia eis imputandum est, quod sibi tales elegerint. Si vero sententia eorum, à quibus appellatur, soluta fuerit, nil eis obicitur, nisi forte vel inimicitia, vel pecunia depravati iniustam præbentur tulle sententiam.

¶ Fuerit ¶ Sequitur in vulgatis, per eum, ad quem appellatum est: quæ sunt expuncta, quæ in veteribus codicibus non habentur.

C. XXXVII. ¶ Cum per appellationem sententia solvitur, non debet obesse ei, qui non iniquo animo iudicavit.

Unde in Concilio Carthaginensi III. c. 10. legitur.

7. Hæc etiam a placuit, ut à quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis obicitur, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non poterint, vel iniquo animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia depravati.

Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an sit evocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio, cuius cognitio non suscipitur.

C. XXXVIII. c. ¶ Clericus non devocetur in testimonium illius causæ, cuius primum cognitio non suscipitur.

De hoc ita statutum est in concilio Carthaginensi VI. c. 2.

Statutum est, ut qui forte in ecclesia quamlibet causam iure Apostolico ecclesiis imposito agere voluerit, & fortasse decisio clericorum uni parti displicuerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium devocari eum, qui præses est vel cognitor fuit, & nulla ad testimonium dicendum ecclesiasticis, si cuiuslibet persona pulsatur.

Ad eum quoque, ad quem provocatum fuerit, sicut in Africano concilio c. 3. legitur, ulterius provocare non licet.

C. XXXIX. ¶ Non liceat provocari ab his, ad quos provocatum fuerit.

Si autem provocatum fuerit, eligat qui provocaverit, iudices, & cum eo & ille, contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.

Tertio secundam provocationem intelligendum est: tertio enim in una eademque causa super eisdem capitulis provocare non licet. Unde in 7. libro Codicum, titulus, ne liceat in una eademque causa tertio provocare, lege unica, Imperator Iustinianus scribit. [Si quis in quacunque lite iterum provocaverit, non liceat ei tertio in eadem lite super eisdem capitulis provocacione uti, vel sententiam excellentissimum præfectorum prætorio retrahere, licentia illanda litigatoribus, arbitrio dato, ipsius audientiam, quæcumque dedit, ante litem contestationem invocare, & huiusmodi petitionem minime provocacionis vim obtinere.] ¶ Cui autem in causa capitali, vel status interpellatus fuerit, non per procuratores, sed per se ipsos appellantes causam suam agere oportet.

C. XL. ¶ Appellationem in causa capitali, vel status interpositam, per procuratorem exequi non licet.

Unde Hadrianus Pæpa in capitulis à se collectis, c. 44.

a Prop. c. 230. Pam. l. 4. c. 133. b inimico. c. vera testio. c Prop. c. 230. * Et in Afric. c. 26. d al. statuentium. e orig. e al. cogitor, vel presens. f orig. f al. ecclesiasticis cuiuslibet ordinis. g Tit. 7. in Cod. Theo. in lib. 5. sententiarum Pauli in 21. c. 2. in interpretacione, cap. 17. c. 337.

Si a quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit, non per exploratores b, sed per se ipsos est agendum.

Tempus autem exequenda appellationis annus est, vel si iusta causa intercesserit, biennium.

C. XLI. ¶ De eodem.

Unde in Authenticis, confit. 11. collat. 3. legitur.

El, qui appellat, impertitur annus, intra quem, secundum se communitur cum adversario lite exequatur, aut si iusta causa intercesserit, alius annus indulgetur: quo transacto, lite non completa, rata manet sententia. ¶ Appellatore cessante, cum unus mensis superest ex biennio, licet victori ingredi, ut reus quærat, quo sive invento, sive non, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, omni casu absentes expensis c. condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro verò contentente post secundum fatalem permaneat: sententia rata. Constituitur ne secunda, in collatione quarta d. ¶ Sed lis, quæ speratur in consistorium Principis inferri, ab quo damno mora manet intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimiti.

Si verò u, qui appellavit, penitentia ductus ab appellatione desistere voluerit, non prohibetur: sicut in 7. libr. Codic. tit. de appellationibus, l. 28. Imp. Arcadius & Honorius statuisse legitur. ¶ Si i, qui libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi, & suos libellos recuperandi: ne iusta pietudinis humanitas amputetur. ¶ Est autem, quando appellationem interponi non est necesse. In eodem namq. libro, & edit. tit. l. 7. idem Imp. decreverunt. ¶ Nominacione vero libelli, vel editi factæ, citra concilium e publicum, non valent, de quibus nec appellare necesse est, si solemnitas deest.

a pars. ¶ Diffinitiva f quoque sententia, quæ condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. ¶ Item sententia g citra solutum ordinem iudiciorum à præside prelatæ auctoritatem res iudicatæ non obtinet. ¶ Item si h sententia lata fuerit contra res prius iudicatæ, à quibus provocatum non est, sententia auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non est necesse. ¶ Item si i sententia contra ius scriptum feratur, veluti dum defunctus, & minor XIV. annis fuisse, & testamentum iure fecisset dicitur, nullas vires obtinet, nec contra eam est necessarium auxilium provocationis. ¶ Si k verò contra ius litigatoris sententia dicitur, veluti dum minor XIV. annis, annum XIV. implevisse, ac per hoc testamentum iure fecisse pronunciat, ad provocationis remedium oportet confugere. ¶ Item si l plures iudices dati sunt, & unus tantum ex eis pronunciaffe proponitur, non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia firmitatem iure non obtineat.

¶ Item cum certa m ratione & sine iudices multare possunt: si aliter contra statum legum modum multam irrogaverit, quod contra ius gestum videtur, firmitatem non tenet, & sine appellatione potest rescindi. ¶ Venales n quoque sententias, quæ in mercedem & corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interposita provocationis auxilium infirmas esse decretum est. ¶ Item si o, propter infirmitatem atque ad honorem, ad quem nominatus est, inhabilem te esse probaverit, prætermittit appellatione, iniqua nominatio removebitur. ¶ Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi ejus appellatio, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus esset, negotio prius summam perferat, condempnandus est.

¶ Nullus q etiam homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, item quoque eorum, qui manserunt violentiam com-

a Anselm. lib. 3. cap. 88. b procuratores. c vera electio. C. de temp. & repar. appellat. Authen. et qui. lib. 7. tit. 63. c al. in expensis. d Supra ead. anteriorum. C. eod. tit. auth. sed & lu. l. 2. e al. consilium. f lege 3. Cod. de sent. & interloc. g l. 3. prolatam. C. de sent. h Le. 1. C. quando provocare non est necesse. i Le. 2. si eam. ibid. k Ead. l. 5. quod si. l Le. 4. ibid. m Le. 1. n Le. 7. o Le. 3. si pater. p Le. 1. C. quorum appellat. non recipiunt. q Le. obferare eod.



misserunt, argumentis convictis, testibus superatus, voce etiam propria virtutum, salus, confessus audiat appellari (& hoc in notoriis.)
 ¶ In occultis autem, si a testibus productis, instrumentis prolatis, aliis, argumentis praestitis sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnandus est, aut minime voce sua confessus sit, aut firmidone tormentorum territus contra se aliquid dixerit, provocandi licentia ei non denegatur. ¶ Nihil h quinquе officialium a sententia proprii iudicis provocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod civili ratione super patrimonio forte apud proprium iudicem inchoaverit. ¶ Quoties etiam fiscalis & calculi satisfactio postulat, aut tributum exposatur, aut publici, vel etiam privati debiti evidentur & convicti redhibito flagrat, appellations exclusio necessarii in contumacem rigor iudicarius excusetur. ¶ Ab d executione sententiae appellari non potest, nisi forte executor sententiam modum iudicacionis excedat. ¶ Si quis etiam auctus fuerit provocare, ne e voluntas defuncti testamento scripta referatur, vel ne ii, quos scriptis patuerit heredes, in possessionem mittantur, & ii, cuius de ea re natio erit, appellacionem receperit, & iudex, qui tam ignorans committentiam adhibuerit, & litigator, qui tam impertuno appellaverit, viginti libris argenti multentur. ¶ De f possessione etiam, & eius momento, si causa dicatur (quae sententia interlocutoria appellatur) quamvis provocatio interposita fuerit, tamen lata sententia ferriatur effectum. ¶ Quandoque p unam & eandem plures simul reportant condemnationem, nec diversitas factorum separationem accipit: quo casu si omnes appellerint, & uno ex his agente, eorum appellatio iusta pronuntiata fuerit, remanentium victoria etiam ad alios pertinet. Si h autem unus tantum appellavit, eius appellatio iusta pronuntiata est, et quoque prodest, qui non appellavit. Quid si status auxilio unius contra sententiam restitutionem impetraverit, majori, qui suo iure non appellavit, hoc scriptum non prodest. ¶ Iudicibus i autem non solum suscipienda appellacionis necessitas videtur imposita, verum etiam xxx. dierum spatia ex die sententiae d. finita sunt, intra quae gesta una cum relatione litigatoribus convenit praestari. ¶ Similiter k arbor appellacionem suscipere, & relationem dare compellitur, si delegatus fuerit. ¶ Litigatoribus l vero copia est etiam non scriptis libello illico voce appellare, cum res iudicata posposcerit, tam in civilibus, quam in criminalibus causis. ¶ Ab m eo autem qui de appellacione cognovit, non potest fieri recusatio ad iudicem, a quo fuerit provocatus. Quapropter remittendi litigatores ad provincias remotam sibi occasionem atque exclusam penitus intelligant, cum super omni causa interpositam provocacionem, vel iniustam tantum liceat pronunciare, vel iustam. ¶ Hac omnia in v. lib. Codicis inveniunt, a tit. de appellacionibus, usque ad tit. de licet in una eademq. causa.
 ¶ Si quis libellos j Hinc usque ad finem huius capituli varias leges codicis Gratiani referri, quarum non retulit eadem omnino verba: sed quae ad questionem suam facere iudicavit.

QVÆSTIO VII

¶ **Q**uod vero laici in accusatione Episcoporum non sint audiendi Evaristus Papa testatur, dicens Episcopu per Aegyptum, epist. 2.

C. I. ¶ Laici in Episcoporum accusationem non sicut recipiendi.

Non n est à plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordinatus: quia pro meritis subditorum disponitur à Deo vitarectorum. & j. ¶ Idem ista dico, quia infidiator bona sepiissime solet convertere in malum, & in electis ponit maculam.

a §. scilicet, ead. l. b Le. 3. c Le. 4. d Le. 5. e Le. 6. f Le. unica. C. si de momen. pass. g L. 1. C. si unus ex pluribus appell. h Le. 2. cod. tit. ibid. i Le. iudicibus. 24. Cod. de appellacionibus. k Le. si appellacionem. in fi. Cod. de sententiis & inerioris. l L. litigatoribus. cod. m L. Eo qui. cod. n Anf. l. 3. c. 11. lvo pari. 5. c. 240. Pam. l. 4. c. 37.

C. II. ¶ Laici clericum non accusent.
 ¶ Item Sylvester Papa in epistola excommunicavit Romanis, Vilus & laicus audeat clericum crimine inferre.
 C. III. ¶ De eodem.
 ¶ Item Marcellinus Papa ad Episcopos orientales, epist. 1.
Laico non licet quemlibet clericum accusare.
 C. IV. ¶ Anathematizatus sacerdos accusare non potest.

¶ Item Iulius Papa in decretis, c. 36.
In b sancta Nicæna synodo statutum est, ut nemo Anathematizatus e in nostra suscipiatur accusatione: sed illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusacione, cum nos super illos sciamus à Domino constitutos, non illos super nos: & sicut maior non potest à minore iudicari, ita nec obligari d, quia tarum est omne quod magnum est. Portamus onera omnium, qui gravantur: quoniam hanc portat in nobis B. Apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, nobis regia informatur, quatenus ejus fulvi auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur adyerlis.

C. V. ¶ De eodem.
 ¶ Item Eusebius ad Episcopos Gallia, epist. 1.
Laicos e non accusare Episcopos hactenus oblatum & constitutum est: quia ejusdem non sunt conversationis, & oppido eis quidam infesti existunt: prope cum vita eorum, & conversatio debeat esse secreta, & laicorum adibus remota, nec ab eis imperari possunt, qui eorum castitatem, & gravitatem nolunt irritari, maxime cum nec hieos in suis volunt recipere conversationibus.

C. VI. ¶ Nec clerici in accusatione laicorum, nec laici in accusatione clericorum sunt suscipiendi.

¶ Item Fabianus Papa ad Episcopos Orientales, epist. 2.
Scilicet f sacerdotes, vel reliqui clerici à secularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab illis sunt excludendi, & alienandi criminacione: & ita illi ab illis, ita illi ab istis non recipiantur: quoniam sancti Domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione, ita & litigatio: quia servus Domini non oportet litigare.

C. VII. ¶ De eodem.
 ¶ Item ex concilio Moguntino.

Decretum g est, ut Presbyteri suos plebeios & laicos accusare, & attestacione possint. Si autem neglexerint, sui gradus periculo subjacebunt.

¶ Caput hoc abest à plerisque antiquis exemplaribus Gratiani, neg, hie recte collocatur: sed extat apud Burchardum, quo pro plebeios, habet, plebefanos.

C. VIII. ¶ Laici clericos accusare non debent.

¶ Item Clemens ad Iacobum, epist. 1.
Sacerdotes, & reliqui ecclesie ministri, omnesque plebes Episcopos suos diligere debent, & eorum praecipis obedire, etiam si ipsi aliter (quod ablit) agant, aut in fide erraverint.
 ¶ In hoc & sequenti capite non referuntur ipsa profusa verba beati Clementis.

C. IX. ¶ De eodem.

¶ Item ad eundem Episcopum, epist. 2.
Qualis condemnatio eis imminet, qui in patres peccant, scriptura divina ostendit. Si enim Cham, qui non operuit pudenda patris, maledictus est, multo ampliori condemnatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.
 ¶ Personae inferiorum ordinum in superiorum accusationem recipiende non sunt.

a Burch. lib. 1. c. 251. Anf. l. 3. c. 24. lvo ps. c. 264. b l. 2. c. 1. clericum. & nec laico. c al. anathema. d al. colligere. e l. 1. epist. 1. f Polyc. l. 3. tit. 1. lvo ps. c. 320. Pam. l. 4. c. 61. 2. Tit. g Burch. l. 16. c. 7. h al. plebefanos. i Gen. 9.



C. X. ¶ *Minoris non debent accusare majores.*

Unde Sylvester Papa in epistola concilii a Romani.

Clericus adversus exorcistam, exorcista adversus acolythum, acolythus adversus subdiaconum, subdiaconus adversus diaconum, diaconus adversus Presbyterum, Presbyter adversus Episcopum accusationem dare, aut testimonium ferre non valet.

¶ *Aut testimonium ferre*] *Hæc non sunt in originali, neque in aliis locis indicatis, ac totus etiam ordo in enumeratione est immutatus: statim in concilio, & apud ceteros. Fecit hos gradus in gremio synodi, ut non Presbyter adversus Episcopum, &c.*

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Zepherinus Papa ad Episcopos Sicilia, epist. 1.

Majorum b quispiam minorum accusationibus non impetatur.

¶ *In originali, quemadmodum & apud Irenæum est, nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur, aut dispareat.*

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus Papa epistola 1.

Sententia c Cham filii Noë damnatur, qui suorum S doctorum, vel præpositorum culpam producit, seu Cham d, qui patris pudenda non operuit, sed magis de- sideranda monstravit.

C. XIII. ¶ *Oves pastorem suum (nisi à fide exor- bitaverit) non possunt accusare.*

Item Eusebius Papa ad Episcopos e Alexandria, epist. 2.

Oves f, quæ pastori suo commissa sunt, eum nec re- prehendere (nisi à recta fide exorbitaverit) debent, nec ullatenus accusare possunt: quia facta pastorum o- ris gladio ferienda non sunt, quamquam recte g repre- hendenda videantur.

¶ *Hu auctoritatibus probatur, quod subditi, sive sint laici, sive clerici, prælatos suos accusare non possunt. Verum de cri- minibus, & de indignis hoc intelligendum est, qui vitam suorum prælatorum parati sunt reprehendere, non imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui est.*

C. XIV. ¶ *Quare laici in accusatione Episcopo- rum non audiuntur.*

Laici in accusatione Episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quicquam infesti sunt, & indignum est, ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

¶ *Apud Anacletum, ex quo citatur, non exeat. Eadem tamen serè verba habentur in epist. Eusebii, supra ead. c. laico.*

C. XV. ¶ *Sacerdotes non nisi à viris idoneis & proba- tis accusari possunt.*

Item Anacletus ad Episcopos Italia, epist. 2.

Accusatio h quoque eorum, super quanos con- sulere voluistis, non nisi ab idoneis & probatis- simis viris, qui & suspicionibus & sceleribus carent, fieri debet: quia Dominus sacri sui corporis tractatores à viliibus & reprobis, ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit: sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit. Unde li- quet, quod summi sacerdotes, id est, Episcopi à Deo sunt judicandi non ab humanis, aut prave vitæ hominibus dacerandi, sed potius ab omnibus fidelibus portandi: i- pio Domino exemplum dante, quando per seipsum, & non per alium vendentes & ementes eiecit de templo.

a Ca. 11. c. 139. in concil. Maguntino, sub Arnulpho c. 12. Polyc. Hist. d. Burch. 1.1. c. 711. Ivo p. 5. c. 244. b Ivo p. 5. c. 241. c Ifo- donus lib. 1. c. 39. d Gen. 9. e Et in synodo sub Symmacho & Greg. Papi. pp. c. 6. f Polyc. lib. 1. c. 1. Burch. 1.1. c. 139. Ivo p. 5. c. 238. Pam. 1.4. c. 39. g al. redd. h Deued. p. 4. Ans. 13. c. 31. Ivo p. 5. c. 238. Pam. 1.4. c. 38. i Joan. 2.

¶ *Paulo post.* ¶ *Nullus enim (ut teor) invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio quam à se judicari.*

¶ *Quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatio- ne irascitur, aut potius ultionem querit super eum. & 7.*

¶ *Unde & Dominus per Prophetam a inquit: [Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.] & paulo post. ¶ Si detractores quorumcumque graviter judicantur, & in perditionis laqueum cadunt b; multo magis lacerato- res & detractores, atque accusatores memoratorum Dei famulorum, atque persecutores damnantur, & in batathrum (nisi se correxerint, & per eorum satisfactio- nem condignam egerint poenitentiam) indubitanter ca- dunt, & vindicibus flammis exuruntur. & 7. c ¶ Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli statuerunt, ne facile commoverentur, aut lacerarentur vel accusarentur columna sanctæ Dei ecclesiæ, quæ Apostoli, & suc- cessori eorum non immerito dicuntur. Sed si quis ad- versus eos, vel ecclesiæ eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sanan- da sunt, & charitative emendent, quæ justè emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumperint, excom- municentur, & minime absolvantur, antequam per sa- tisfactionem (ut jam dictum est) condignam egerint poe- nitentiam: quoniam injuria eorum ad Christum perti- net, cujus legatione funguntur.*

C. XVI. ¶ *Communione privetur, qui publicè d ad- versus Episcopum conqueritur, priusquam sumi- lariter eum convenerit.*

Item Alexander epist. 1. c. 3.

Si e quis erga Episcopum, vel actores ecclesiæ quam- libet querelam justam se habere crediderit, non prius primates, aut alios iudices adeat, quam ipsos, à quibus se læsum æstimat, conveniat familiariter, & non semel, sed sæpissimè, ut ab eis, aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem. & 7. ¶ *Si autem secus egerit, ab ipsis & ab aliis communionem privetur, tanquam Aposto- lorum, Patrumq; aliorum contempitor.*

C. XVII. ¶ *Nisi opinione discussa, non audi- antur accusatores Episcoporum.*

Item Evaristus Papa Episcopus per Ægyptum, epist. 2.

Si f qui sunt vituperatores, aut accusatores Episcopo- rum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos à iudicibus ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspitio, vel opinio, qua intentione, qua fi- de, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove meri- to, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumperint nec ne.

C. XVIII. ¶ *Majores natu non accusent, nisi qui sine rellæ fidei & conversationis.*

Item Calixtus Papa ad Episcopos Gallia, epist. 1.

Quærendum g est in iudicio, cujus sit conversationis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur, quoniam hi, qui non sunt recte conversationis ac fidei, & quorum vita est accusabilis, & quorum fides, vita, & libertas nec- scitur, non permittuntur majores natu accusare. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusatione.

C. XIX. ¶ *Abiq; duobus vel tribus testibus non reci- piantur Episcoporum accusationes.*

Item Sixtus Papa II. ad Episcopos Hispania, epist. 2.

Accusatio h Episcoporum non est facile recipien- da, dicente i Domino [Non suscipies vocem

a Zach. 2. b vadum. 1096. c In 109. Madrin. c. 3. & 16. Capit. c. 287. Pam. 1.5. c. 34. d al. priv. att. e Refertur multi- verbis omisso. Ans. 13. c. 81. Burch. 1.1. c. 132. & 144. Ivo p. 5. c. 242. Pam. 1.4. c. 35. f Pam. 1.4. c. 39. g Steph. 1. epist. 2. c. 10. Can. Car. 4. c. 69. Burch. lib. 1. c. 172. Pannor. lib. 4. c. 57. Ivo p. 5. c. 239. h Mutatus est verborum qd. i Exud. 23.

mendacii.] Et apostolus inquit adversus Presbyterum inscriptionem non recipiendam nisi abque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de Presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de Episcopis?

C. XX. ¶ Pro sola conventionione Episcopi non submovetur aliquis a communione.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 8.

Si quis ab Episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio iure aliquid crediderit repetendum, si nihil convicii, aut criminationis objecerit, eum pro sola conventionione a communione ecclesiarum non liceat submoveti.

C. XXI. ¶ Quare subditi prelatos suos reprehendere non possunt.

Item Evagrius Papa, epist. 2.

Sunt nonnulli, qui præpositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint.

Ex his omnibus datur intelligenti, quod illi ab accusatione removen- tur, qui non affectione charitatis sed pravitate sue actionis vitam eorum distornare & reprehendere querunt. ¶ Quod vero præmissis auctoritatibus criminosis prohibeantur ab accusatione prelatorum, testatur Augustinus in lib. Soliloquiorum ita dicens.

C. XXII. ¶ Non omnes subditi, sed criminosis tantum prohibentur, accusare prelatos.

Præsumunt prelati non debere se reprehendi, vel accusari, pro eo, quod canones non eos passim constituunt accusandos. Quod tamen negatur solis criminosis, cum de reprehendendo veritas ipsa constituat. b [Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c.]

Opponitur huic distinctioni. Ipsi sacri canones distinguunt, in quo casu pastores sint accusandi a subditis, dicentes: [Oves c pastores suos non accusent, nec reprehendant, nisi a fide exorbitaverint.] Ecce in quo casu sunt accusandi a subditis, in alio autem rursim.

3 pars. Huic oppositio respondetur sic. Distinctio illa canonum de criminosis & infamibus intelligitur: Oves enim criminosa & infames pastorem suum accusare, vel reprehendere non possunt, nisi a fide exorbitaverint. Ceterum si a fide exorbitaverint, tanta est labes illius criminis, quod ad ejus accusationem, & servi adversus Dominum, & quilibet criminosis & infames adversus quemlibet admittuntur.

C. XXIII. ¶ Infames & hæretici, homines bonæ famæ accusare non possunt.

Unde Dionysius Papa ad Severum Episcopum epist. 2.

Alieni d erroris socium, vel à sui voluntariè propositi a ramite recedentem, aut sacris Patrum regulis & constitutionibus non obedientem suscipere non possumus, nec debemus: nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes esse censemus, qui suam aut Christianam prævaricantur legem, aut Apostolicam, vel regularem libenter possunt ponunt auctoritatem.

¶ In multis vetustis exemplaribus rubrica hujus capituli sic habet, Infames accusare possunt hæreticos. In aliis vero nonnullis, Infames non possunt accusare catholicos.

C. XXIV. ¶ Christianos accusare, vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt.

Item ex concilio Toletano IV. c. 63.

Non est potest erga homines esse fidelis, qui Deo nextiterit infidus. Iudæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis esse se Christianos annuntient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita & in testimonio humano du-

a 1. Timoth. 5. b Ioan. 18. c sup. c. oves. d Infrā 3. q. 4. c. alieni.] in decretis Iulii, cap. 18. Ans. l. 3. cap. 65. Poly. lib. 5. tit. 1. e Ivo p. 13. c. 76.

bii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falli docentur, nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abjecerunt.

C. XXV. ¶ Hæretici, Iudæi vel pagani Christianum accusare non possunt.

Item Cajus Papa Felici Episcopo.

Paganus, vel hæretici, sive Iudæi non possunt Christianum accusare, aut vocem eis infamationis inferre.

¶ Verba epistole sunt, Primò quidem scias paganos hæreticos non posse Christianos accusare, &c. In hoc capite decernitur, ut hæretici non impetant recte credentes. Unde e contra intelligitur, quod hæretici, ab hæretico impetari possunt. Item à tramite sui propositi voluntariè recedentes, non possunt impetere servantes limitem sue professionis. Ex hoc datur intelligi, quod recedentes à suo proposito, similiter recedentes criminari possunt. Item non obediens sanctorum Patrum, non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur, quod inobediens non obediens accusare licet. Unde rati colligitur, quod in accusatione equalitas fidei & conscientie inter accusantem & accusatum semper consideranda est, ut non accusat, vel par vel superior invenitur.

C. XXVI. ¶ Hæreticus hæreticum accusare, & contra eum testificari potest.

Item Novellarum constitut. novella 49. in fine.

Si hæreticus contra hæreticum litiget, licet testimonium hæreticum testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget, pro orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat: contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. ¶ Orthodoxis autem litigantibus, ad testimonium nulli hæretico pateat aditus.

¶ Sed queritur, si flagitiosissimus Catholicus possit unquam hæreticum de alio crimine, quam de hæresi? Hæc quæstio respondetur. In quo hæreticus inferior est, videlicet, in regula huius in eo a malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in conversatione vitæ, in eo a flagitiosissimo catholico non potest. ¶ Item quod dicitur, pastores pro suis actibus magis tolerandi, quam corripendi, dupliciter intelligitur, vel quia minoris tolerandi sunt, & non corrigendi: unde illi subditiorum saepe c pro merito subditorum deprava sui vitæ rectorum. Et rum ergo merito (Deo permittente) vitæ rectorum depravatio, potius sunt tolerandi, quam corrigendi. Vel quia sunt quidam, saepe deseruntur publicis documentis, & crimen, quod intendunt probare non valent.

C. XXVII. ¶ Sua publicis documentis probare non possunt, toleranda sunt.

De quibus in hæmilia d de penitentis, c. 12. Augustinus ait.

Plerumque & boni viri propterea, sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia saepe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt.

1 ¶ Plerumque] In aliquo vetusto codicibus legitur plerumque: quemadmodum & apud Bedam, & in originali, casus tamen non ipsa prolixius verba hic referuntur.

4 pars. De his etiam illud Anacleti intelligitur [finitia e Cham filii Noë damnantur, qui suorum delictorum in præpositorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda operuit, sed magis deridenda monstravit.] Hac enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione, sed à prodicione. Alii est enim prodere, aliud accusare. Proditi, qui non probanda delicta accusat, qui reo præsentem crimen iudici offerre probaturus intendit. Cham solus vidit pudenda patris, & ideo per se non intelligitur, qui cum soli sint confici criminum suorum prælatos, atque ideo accusare non possunt, vitam tamen eorum infamant.

a Ans. l. 3. c. 46. Pann. l. 4. c. 65. b Apud Iulium non ante. Ivo p. 16. c. 131. Pann. l. 5. c. 25. c sup. ca. non est à plebe. & c. casatio. d 49. h. 7. 20. c. 12. Bedam. c. 12. e sup. ca. 6. 7.



ab ipso videndam offerunt. ¶ Item obicitur, quod subditi etiam religiose prelati suos accusare non possunt. Legitur enim in Exodo 2. quod Maria soror Aaron, quæ prima post transfugum maris rubri suppositum tympanum hymnum cantare meruit, postea murmurans in Moysem, eo quod Athiopissim duxerat in uxorem, à Domino lepra percussa est. ¶ Item in lib. c. Regum legitur, quod cum Saul fugeret à facie Saul, latuit in spelunca: ut quam cum Saul dixerit, ad purgandum ventrem, David percussit oram chlamydis eius, quæ se fecit postea graviter doluit, & vehementer percutit. Saul d. à Domino erat reprobus, & ex invidia David persequabatur, ut eum morti traderet. David erat vir humilis, & mitis, Saul à Domino substitutus, per Samuelem unctus in regem: sed raris, quia præiit oram chlamydis Saul, graviter ferit, cum à Saul sals administratione unctus superaretur. Vnde datur intelligi, quod subditi quovis religiose sint, prelatos suos criminosis accusare non possunt. Nam et per Saulem, qui ventrem purgabat, prelati intelliguntur, quæ malitiam suam corde conceptam in opus produciunt. ¶ Item legitur in libro c. Regum, quod cum arca Domini rediret de Galaa in Hierusalem, bobus recalcitrantibus arca inclinata est: cui dum Oza levita manum adhiberet, ut eam erigeret, à Domino percussus interit. Per arcam prelati intelliguntur, per Ozam subditi, per inclinationem arca casus intelligitur prelatorum, per illum qui manum adhibuit, intelliguntur reprobandos, vel accusantes virum doctorum, qui à Domino percipi intereunt. ¶ Hu ita respondetur. Verum est per arcam significari prelatos, & per Ozam subditos: illud vero falsum est, quod per inclinationem arca casus significatur prelatorum. Aliud est enim inclinari, vel descendere, aliud cadere. Legitur enim quod Saluator in se inclinaverit, sicut quando digiti scribetur in terra, & de multis frequenter descendit, in quo ascendit, aut ut permissaret in oratione, vel ut discipulos in monte aliorum dicitur præcipit, vel ut turbas fugiens, ex altitudine montis descendit, & libere posse docere. Inclinatione vel descensio humilitatem significat, quæ spiritualis nonnunquam carnalibus condescendunt, & eorum infirmitati compatiuntur, iuxta illud Apostoli h. [Quis infirmatus, & egonon infirmus?] Hos etiam significaverunt Angeli, qui à Iacob vidit in scala descendentes. De his etiam per Prophetam k. dicitur. [Inclinatio vel descensio.] Per arcam ergo inclinatum intelliguntur prelati, qui subditorum culpam misericorditer portantes, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur, quod bobus recalcitrantibus arca inclinata est. Bobus quippe recalcitrantes subditos significat sui doctoribus non obedientes, quibus dum prelati compatiuntur, quasi bobus recalcitrantibus arca inclinatur. Levita qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordiam compassionem in prelati sui reprehendunt, eosq; in severitate amaritudinem erigere solent. Vnde bene Levita iste Oza dicitur: Oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cum de suis iustitia præsumunt, misericordiam peccantibus negandam putant, & suspendentes reprehendunt. Vnde à Domino percipi intereunt, quia iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus: Cui per Salomonem m. dicitur [Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iustitia sua.] Sic & illud Moyse intelligitur: Per Moysem enim prelati intelliguntur, per Athiopissim peccatores designantur. Moyse Athiopissim uxorem ducit, cum quilibet prædicator peccatorem sibi copulavit, ut ex eo sibi bonum operum Deo cogere valeat. Hanc copulam dum Maria, id est, subditi reprehendunt, lepra peccati infirmitas. Vel per Mariam synagoga intelligitur, quæ in Moysem, id est, in Christum murmuravit, quia à Athiopissim, id est, ecclesiam de gentibus sibi copularit, quos lepra perfidiae & erroris sordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum prelatorum, sed monentur, ne reprehendant

miseriordem compassionem eorum. ¶ Item a per Saulem prelati intelliguntur, & per David subditi. Saul purgans ventrem eos significat, qui malitiam corde conceptam foras in opus produciunt. Sed in præfatione chlamydis non significatur nisi reprehensio peccati. Per chlamydem enim regis potestas intelligitur. Hanc præciat, qui prelatum sententia damnationis ferat: quod nulli subditorum licet. Facta enim pastoris, oru gladio, id est, sententia damnationis à subditi ferenda non sunt. Hinc est quod Hieronymus ait super Marcum de Pontifice, qui scidis vestimenta sua. Scisso vestiu, scissionem significat sacerdoti, quod in proximo erat sciendum, & auferendum Iuda. Vel per David significatur, qui nequitiam suorum prelatorum videntes, maiora eorum peccata contemunt, minima vero & levia, & quasi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere & lavare solent. Vel quia Saul solus dicitur in speluncam, in qua David 2. solus latebat. ¶ Item super hoc potest intelligi, quod de b. Chiam dicitur est, qui solus vidit pudenda patris, quæ non cooperuit, sed videnda monstravit. Hac itaque auctoritate non imbetur subditi accusare prelatos, si c. accusabiles fuerint. Item probatur, quod subditi prelatos suos accusare non possunt, etiam si religiose fuerint. Infames enim sunt eo ipso, quod suorum doctorum vitam reprehendere conantur. Infames etiam sunt (ut canonum tradit auctoritas) omnes qui in Patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant. Nullus autem infamus d. in accusatione prelatorum est audiendus, nisi forte à fide exhereditaverit, ut supra dictum est. Cum ergo subditi eo ipso, quod in accusationem prelatorum proficiunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accusandi denegatur, patet, quod subditi prelatos suos accusare non possunt. ¶ Huius respondetur: non omnes prelati pro prelatu habentur. Nomen enim non facit Episcopatum, sed vita.

- 1 ¶ Non significatur] In aliquo vetusto exemplaribus legitur, non significatur reprehensio peccati: in alio vero nonnullis, significatur reprehensio peccati.
- 2 ¶ David solus] Primo regnorum, c. 24. legitur. Post David, & viri eius in interiore parte speluncæ latebant.

C. XXVIII. ¶ Quem atas, non vira seniore[m] facit, graviter est increpatus. Unde Gregorius et Ianuario Episcopo scribit, lib. 7. in d. 2. epist.

Paulus f. dicit [Seniore[m] ne increpaveris.] Sed hæc ejus regula in eo q. servanda est: cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda juniorum. Vbi autem senior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta interpretatione ferendum est. Nam scriptum h. est [Laqueus juvenum omnes vob.] & turis Propheta i. dicit [Maledictus i. puer centum annorum.]


1 ¶ Maledictus puer] In codicibus B. Gregorii, partim sfo fere modo legitur, partim vero, & peccator centum annorum maledictus est. quemadmodum & apud Iohannem Diaconum, & in vulgata, nisi quod habet non est, sed, erit. Septuaginta autem, ut est apud B. Hieronymum, habuerunt, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

C. XXIX. ¶ Dignitas non facit Episcopum, sed vita. Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1. de laude vira solitaria.

Non omnes Episcopi sunt Episcopi. Attendis Petrum: sed & Iudam considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaum respice: & ¶ Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius & centurio adhuc ethnicus dono Sancti Spiritus mundatur, Presbyteros Daniel i. puer iudicat. & ¶ Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christo regnantium. & ¶ Infatuatum m. sal ad nihilum prodest, nisi ut projiciatur foras, & apertis conculcetur.

a. Exod. 15. b. Numer. 12. c. i. Reg. 24. d. i. Regum 16. e. Glos. ordinaria. f. 2. Reg. 6. g. Ioan. 8. h. 2. Corinth. 11. i. Gen. 21. k. Psal. 17. l. Luc. 2. m. Eccl. 7. n. Gregorius pass. p. 3. c. 3.

i. Nicolaus in epist. 7. ad Mitrad. b. sup. ca. sent. c. sup. c. oves ad. c. 14. d. c. 15. sup. ca. e. Ioan. Diacon. l. 3. n. 22. f. 2. Timoth. 3. g. al. rom. h. Esa. 42. i. Esa. 65. k. Act. 10. l. Dan. 12. * sup. dist. 40. non est facile. m. Luc. 14.



C. XXX. ¶ Non Episcopi nomen, sed vita reventuram meretur.

Item Augustinus tractatu 6. in e. s. Ioannis.

Non omnis qui dicit, pax vobiscum, quasi columba est audiendus. Et 7. a. ¶ Corvi de morte pascuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ vivit, innocens eius victus est.

C. XXXI. ¶ Doli ab indoctis, clerici à laicis quandoq; merito reprehenduntur.

Item Beda ad c. 2. epistola secunda Petri.

Secuti b sunt viam Balaam & Bofor, qui mercedem iniquitatis amavit: correptionem vero habuit suæ vesania. Subjugale murum in hominis & voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam. Plerunque heretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, ut etiam hebetum sensus, & paganorum, & qui ratione divinæ agnitionis omnimodo carent, illorum detestetur infantiam, & illorum distorta, & Deo contraria itinera famius sapiendo redarguat. Et (quod peius, quia frequentius est) nonnumquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, à laicis clerici merito redarguantur d: qui iure comparantur Prophetæ, qui verbis asinæ, contra naturam loquentis, corripitur, nec tamen à proposito pravi itineris retardatur. Quibus etiam aptissime nomen congruit civitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Bofor namque carnis, sive in tribulatione i interpretatur. Neque enim alia major causa luxuriosis existit, verbum veritatis amore pecuniæ, vel desiderio rerum temporalium adulterare, quam quod carnis se concupiscentiæ mancipaverunt. Et 7. f. ¶ Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, sive præcipitans eos interpretatur, talibus convenit. Qui enim agnitam veritatis viam sponte ipsi deserunt, quid nisi vanus sunt populus? Quid nisi in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quæ corrigant, sed quæ illos delectant, & tronea prædicant? de quibus bene subditur. [Hi sunt fontes sine aqua, & nebule turbinibus exagitata, quibus caligo tenebrarum reservatur.]

1. ¶ Tribulatione i sequetur, politus; quæ distio sublata est, quia neque apud Bedam, neq; apud B. Hieronymum in nominum hebraicorum in interpretatione habetur.

Qua ergo non g omnes Episcopi sunt Episcopi, Presbyteri à Daniele puero iudicantur, sed insatiatum à porcis conculeatur, & qui dicit, Pax vobiscum, plerumq; non columba, sed corvus reputatur, pater quod non semper pro officio, atque h auctoritate persone ab accusatione est cessandum: imò contra pravos est agendum, cum omnis persona criminaliter peccans alteretur, & (ut ita dicam) legibus capite minor censetur. Quis enim suavit peccatum, servus est peccati, tam in pena, quam in culpa.

C. XXXII. ¶ Qui susceptum officium non admittit, non est Episcopus, sed canis impudicus.

Unde Augustinus ait.

Qui i, nec regimini in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est magis, quam Episcopus.

¶ Caput hoc apud B. Augustinum, ex quo citatur, non est inventum. Burchardus & Ivo citant ex Gregorio, & eadem serè verba ipse quoq; Gratianus sup. dist. 29. subnectit capiti, Nemo quippe, quod est Gregorii. Simile quoddam Burchardus l. 1. c. 13. & Ivo p. 1. c. 67. asserunt ex Origene.

Quibus ergo Hieronymus, Augustinus, Gregorius auferunt nomen columba, Episcopi, senioris, nome & privilegium est auferendum dignitatis, ut possint à subditis reprehendi? Unde scriptura distimulat privilegium pravi senectutis, ait [Maledictus k] non senior, sed [Puer centum annorum.] Apparet ergo, quod hi ex ac-

a Et ibi gloss. ordin. b 2. Pet. 2. Num. 22. c al. mutum hominis. d al. lacerentur. e al. magu. f ibid. g sup. c. non omnes, & c. non omnis. h al. vel. i Ioan. 8. i Burch. l. 1. c. 203. Ivo p. 1. c. 315. k sup. ead. Paulus.

cusatione prelatorum infames sunt, qui eorum vitam respiciunt & lacerare conantur qui secum sui regimini non nocere dicitur vita & moribus tenent. Alii autem potius laudabiles sunt ex accusatione prelatorum suorum quam infames. Item, quod dicitur [Ivo] Ivo p. 1. c. 315. a quibusdam minorum accusationibus non impetrantur] non res intelligendi sunt, non dignitate, sed vita.

C. XXXIII. ¶ Maiores & minores non dignitas, sed vita intelligi oportet.

Unde Hieronymus ait de Paulo super epistolam ad Galatas.

Paulus b Petrum reprehendit: quod non audet nisi se non imparem sciret.

¶ Caput hoc, quod citatur in plerisque exemplaribus Hieronymo, & in aliquot ex B. Augustino, in neutro libro inventum est: sed in glossa ordinaria ad ea verba ipsius epistola ad Galatas in faciem eius restitit; additur hoc interlineari explanatione, quæ non auderet, nisi se non imparem sentiret. Et in commentariis B. Ambrosii in illum eundem locum hæc leguntur. Nam quod tunc auderet Petro primo Apostolo, cui claves regni ditorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui dignitas electionis suæ sciens se non imparem, constanter probaret, quod ille sine consilio fecerat.

Hoc non de officio ecclesiastica dignitate, sed de patriæ vite sanctitate conversationis intelligitur: solus enim Petrus cum apostolos primatum gerebat.

C. XXXIV. ¶ Non Episcopi nomen, sed vita maiorem facit.

Hinc Augustinus ait ad Hieronymum, epist. 14. prope finem.

Quamquam secundum honorum vocabula, quæ in ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus maior dicitur terio sit, tamen Augustinus in multis rebus Hieronymi minor est.

C. XXXV. ¶ Episcopi tunc pares sunt merito, quibus tamen differunt dignitatis.

Idem lib. 2. de baptismo contra Donatistas, c. 1.

Puto, e quod sine ulla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum ad meritum ad martyrii coronam. Cæterum magis veteri dicitur in Petrum contumeliosus existam. Quis enim est illud Apostolatus principatum cuiuslibet Episcopi præferendum? Sed est dicit cathedræ gratia, non tamen est martyrum gloria. Item 7. ¶ Cum Petrus Paulo posteriore corrigitur, & pacis atque unitatis consilio custodito d. ad martyrium promovetur, quæ facilius & fortius, quod per universæ ecclesiæ statum in matum est, vel unius Episcopi auctoritate, vel unius provincie concilio præferendum est?

C. XXXVI. ¶ Non in honore, sed in veritate plus æquatur, vel præponitur patri.

Idem tractatu 30. in Ioannem in fine.

Veritur pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre. Servamus honorificentiam, quæ dicitur Patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore, sed præponimus, si bonam causam habet: filium æquamus patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æqualitas meriti.

C. XXXVII. ¶ Aequales fuerunt merito (bæc gradus differentes) Petrus & Paulus.

Item Augustinus sermone 66. de natali Petri & Pauli.

Beati Petrus & Paulus eminent inter universos Apostolos, & peculiari quadam prerogativa præcedunt: verum inter ipsos, quis cui præponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse merito, qui æquales sunt passione, & simili eos fidei devotione vixisse, eque

a Supra ead. c. majorum. b Gal. 2. c Ivo p. 1. c. 315. d al. custoditur. e al. provehitur. f al. æquatur.



simul videmus ad martyrii gloriam pervenisse. ¶ Non enim sine causa factum putemus, quod una die, uno in loco, unus tyranni tolerare vellent. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter pervenirent: uno in loco ne alteri Roma deesset, sub uno persecutore, ut a qualis eruditis utrumque confingeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco idem martyrium pertulerunt? in Vrbe Roma, quæ principatum, & caput obtinet nationum: scilicet ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis, & ubi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morarentur.

¶ Sermo unde hoc caput sumptum est, inter sermones B. Ambrosii est 66. inter sermones B. Augustini de sanctis, vigesimus septimus, & apud Maximianum Turonensem, quartus in festo eodem, qui num. 14. est.

¶ Item parentes, ligami, sacerdotes accusare non possunt. Unde generaliter colligitur, quod quicumque, sacerdotes non sunt, vel esse sacerdotes non possunt, in sacerdotibus accusacionem, vel testificacionem proficere non possunt.

C. XXXVIII. ¶ Qui sacerdoti esse non possunt, sacerdotes accusare non valent.

Unde Fabianus ait epist. 2. ad Episcopos Orientales.

¶ Th. a. Apostoli: & eorum successores olim statuerunt, ut sacerdotes Domini non accuserent, nec in eos testificarentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt.

C. XXXIX. ¶ Sacerdotes accusare, vel in eos testificari non valent, qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

Item Damasus Papa ad Stephanum Archiepiscopum epist. 3. c. 3.

¶ Testes i. absque b. ulla infamia, aut suspicione, vel manifesta macula, & vera fidei plenitudine & instructio debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere jubet divina auctoritas. ¶ Quoniam o. sacerdotes (ut antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt prochi honorari.

¶ Testes] Damasus verba hæc sunt: Accusatores enim Episcoporum, & testes, super quibus rogatus, absque ulla infamia, aut suspicione, & c. scilicet, referuntur ad Eusebium & Irenæum: Panormia autem habet ut Gratianus.

¶ Plenitudine] In epistola ipsa legitur, pleniter. Eusebius vero & Irenæus, vera fide pleniter.

¶ Sit & illud Sylvestri intelligitur: [Laicus & non accusat clericum, & c.] id est, qui in inferiori gradu constitutus ad superiorem ascendere non possunt, in superioribus agentes accusare non debent.

¶ Eusebium est, qui respondens auctoritatibus, & argumentis, quibus subditi ab accusacione prælatorum videbantur repellendi, dicit demonstrandum est, quibus rationibus prebentur recipiendi, & quid contra respondeatur a prælato. Christus, qui erat pastor populi, quibus suis, de quibus ait e. [Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel, & c.] inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait f. [Si mali locutus sum, testimonia perhibe de malis, & c.] Item g. [Quis ex vobis arguet me de peccato? & c.] At qui tunc ad testificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur, ad eundem accusacionem admitti possunt. Cum ergo oves, ut adversus pastorem suum testimonium ferant, & ut ipsi (si possunt) reprehendant, admittantur, patet, quod subditi possunt accusare prælatos suos. ¶ Huic ita respondetur. Christus quoniam est pastor suorum ovium, quos verbo & exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorum distributionem, (ex qua hodie in ecclesiis presunt alii, unde quidam prælatis, quidam subditi vocantur) in populo suo h. pastorale officium non gerebat. Mystica

enim & visibili unione nec in regem, nec in sacerdotem unctus erat, quæ sola dea persona in populo illo prælatura nomen sibi vindicabat.

¶ Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusacione prælatorum, sed tantum ostenditur, quod auditores eos reprehendere possunt, & in eos testificari, qui cum officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen & exemplo quoscunque valent, lucrari Deo satagunt. Respondetur & aliter. Alud est, quod de regere cogimur servare disciplina, aliud quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus ad se arguendum ludæos admittit perfectione humilitatis, non se veritate iuri. Si enim legi rigore essent admitti, hac auctoritate criminari & infames in accusacione religiosorum essent recipiendi, cum essent sceleratissimi, qui de Christi tractantes, innocentes condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælatis non coguntur recipere subditos in accusacione sua, sed permittuntur. ¶ Item Paulus a Petrum reprehendit, qui Princeps Apostolorum erat. Unde datur intelligi, quod subditi possunt reprehendere prælatos suos, si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si unde sit reprehensus, advertitur. Petrus cogebat gentes iudæis, & à veritate Evangelii recedere, cum ludæos gentem faciens, & a civibus gentilium latenter se subtrahens. Par autem in se est, a fide exorbitare, & alio exemplo vel verbo a fide decedere. Ergo hoc exemplo non probantur prælatis accusandi a subditis, nisi forte à fide exorbitaverint, vel alio exorbitare cogerint. ¶ Item cum b. Petrus intrasset ad Cornelium, conquisiti fratres sunt qui erant in ludæa, & reprehenderunt eum, quod ad gentem divertisset. Eo, quod prælatis iure possunt reprehendi a subditis.

C. XL. ¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit.

Sed huic oppositio B. Gregorius respondit, dicens Theorista patrist. lib. 9. epist. 39.

¶ Petrus potestatem regni acceperat, & tamen idem o. Apostolorum primus querimoniam contra eum à fidelibus factam, cur ad gentes intrasset, non ex potestate officii, (qua posset dicere, oves pastorem suum non accuserent, nec reprehendantur) sed ex ratione divine virtutis, qua gentiles acceperant Spiritum Sanctum, respondit.

¶ Opera petrum fuerit ad ipsum B. Gregorium adire: copiose enim exponit, quæ hic à Gratiano concise referuntur.

¶ Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed imitatur, non hoc exemplo prælatis coguntur suscipere reprehensionem subditorum. Ex hac etiam humilitatis dispensatione intelligitur illud Leonis quarti Ludovico Augusto dilectum.

¶ Apud Iuvenem huius capituli hæc est inscriptio. Quod in presentia legatorum Imperatoris Leo Papa causam suam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

C. XLI. ¶ Imperiali iudicio Apostolicum se emendare promittit, si quid erga subditos iniuste commiserit.

¶ Nos a, si incompetenter aliquid egimus, & subditis iuxta legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere, peccata peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magistri. Inde magnitudinis vestre magnoperelementiam imploramus, ut tales ad hæc quæ diximus, perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quæ admodum si vestra præfens fuisset imperialis gloria) diligenter exquirant, & non tantum hæc sola, quæ superius diximus, quaerimus, ut examini exagrent, sed sive minora, sive etiam majora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimum reminentur examine, quatenus in posterum nihil sit, quod ab eis indicatum, vel diffinitum remaneat.

Galat. 2. B. Alast. 5. Alast. 4. Iov. 5. 27.

6 pars. Item cum a Balsam arilus irret ad maledicendum populum, Angelus Domini asinus, cui insidebat, in via se opposuit, evaginatus, gladio tam ab itinere compescuit, quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & Propheta vesaniam redarguit. Seerge animal mutum angelica virtute, Propheta insipientiam reprehendat, multo magis subditi possunt, accusare prelatos suos. ¶ Hu ita respondetur. Verum est quod per asinum subditi significatur, & per Balsam prelati: non tamen hoc exemplo probantur prelati accusandi a subditis: sed subditi tantum forma datur humiliter tenendi prelati si forte eos ad malum cogere voluerint. Balsam namq. asinum urgens, ut ad maledicendum populo Dei eum roborat, significat eos qui verberibus, & cruciatibus a subditis exagunt, ut eis in malo fautores, & coadjutores existant. Sed quia Angelus, qualibet videlicet pradiator, evaginato gladio, aperte scilicet pradiato timore & horrore futura vindicta, a consensu aliena malitia illos re vocat, licet eu in huiusmodi vocem conquestionis prorumpere, & prelati sui dicere, cur nos verberibus affligitur? cur nobis iniuste irascimur? nunquid vobis inobedientes aliquando fuimus? nisi mone cum ad malum cogimus? videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hunc prelati probantur accusandi a subditis. ¶ Item cum David b adulterium, & homicidium commississet, missus est a Deo Nathan Propheta, ut eum redargueret. Ecce, quod prelati sunt arguendi, & reprehendendi a subditis. ¶ Sed notandum est, quod duo sunt persone, quibus mundus iste regitur, regali videlicet, & sacerdotali. Sicut reges presunt in causis saculi, ita sacerdotes in causis Dei. Regum est corporalem irrogare panam, sacerdotum spirituales inferre vindictas. David ergo est ex regali ratione sacerdotibus & Prophetis praeerat in causis saculi, tamen suberat in causis Dei. Vnde e reges a Prophetis & sacerdotibus ungebantur, & eorum oblatione peccata regum expiabantur. ¶ Sicut d ergo Ozius a Domino lepra percussus est, quia sacerdotum officia usurpare voluit, sic sacerdotibus & Prophetis regum usurpare officia non licuit. Nathan ergo Propheta cum regem redarguit, suam est executus officium, in quo erat rege superior, non usurpavit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, ut per penitentiam peccata sua expiaret, non tulit in eum sententiam, qua tanquam adulter & homicida morti addiceretur. ¶ Sic & beatus Ambrosius Theodosium e., & beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicavit, & ab ecclesia ingressu prohibuit. ¶ Sicut enim non sine causa iudex gladium portat, ita non sine causa claves ecclesie sacerdotes accipiunt. Ille e portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum: isti habent claves ad exclusionem excommunicatorum g, & reconciliationem penitentium. Hoc ergo exemplo subditi probantur reprehendendi a prelati, non prelati a subditis. ¶ Item, Daniel h nulla legitima potestate iudicis a populo constitutus, de falso testimonio convictus, & convictus damnatus. Constat ergo, quod nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus sublimari. ¶ Hu ita respondetur. Miraculis (& maxime veteri testamenti) sunt admiranda, non in exemplum nostrae actionis trahenda. Multa enim concedebantur tunc, quae nunc penitus prohibentur. Tunc enim Sannet i Agag pinguisimum regem Ameloch in frustra devindendo confudit: nunc nulli ecclesiasticorum iudicium sanguinis agere licet. Tunc Phinees k, Iudaeum cocentem cum Madianita interfecit, & reputatum est ei ad iustitiam: hodie sacerdotibus in perniciem sui officii verteretur. Exemplo ergo Danieli non solum accusandi, vel redarguendi, sed etiam iudicandi potestatem subditi sibi in prelati vindicare, si illud in argumentum nostrae actionis liceret assumi, quod nulla unquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quod in novissimo temporibus suscitaret Deus spiritum pueri iunioris, illius videlicet, de qua per Prophetam l dicitur, [Puer natus est nobis] & iterum, [Ecce puer meus qui iudices iniquitatis, scribas scilicet, & Phari-

a Nymet. 22. b 2. Reg. 12. c 2. Reg. 6. d 2. Paral. 26. e Theod. hist. eccl. l. 5. c. 17. Nicoph. l. 13. c. 34. f Rom. 13. i. Pet. 2. g al. excommunicatorum. h Dan. 13. i 2. Reg. 15. k Num. 25. l Esa. 9. & 42.

saos subscriminibus Susannam, id est, ecclesiam accusantem adulteri pronuntiantes, eo quod Christum sequeretur, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus 2. refert libro huius illustrium, quod Damasus Papa a subditis de adulterio accusatum quadragesima a duobus Episcopis se purgavit. ¶ Item Symachus b. Papa in Romana synodo dignitate sua expellatur, & statum reddi dicitur, ut tunc veniret ad causam, & si tunc de videtur, accusantium propositionibus responderet. Depressa est maximo numero sacerdotum, quae meretur effluam, & eorum postmodum ordinaretur, quomodo esset accusandus praefatus papa, ut causam diceret, occurrebat: sed ab amulo est impeditus. ¶ Hieronymus] In catalogo B. Hieronymi aut aliis epistolis nihil tale legitur: in vetustis tamen Panificibus in archiepiscopi huiusmodi refertur.

C. XLII. ¶ Redarguendi si licentiam B. Gregorius alius praefat.

Item Gregorius ait de supplicio. ¶ Si quis super his nos argueat voluerit, velle nos honoratorem nos facere contemderit, veniat ad sedem Apostolicam, quod omnia ecclesiastica negotia, de quibus quaestio haberetur, consuevit iusta sunt: ut ibi ante consensionem S. Petri mecum iuste deceret, quatenus in illis non ex nobis sententiam suscipiat suam.

¶ Est Gregorii quarti in epistola citata sup. ead. q. 6. c. de nostro. & dist. 19. nulli fas. in qua epistola cum multa dicitur de viliis & primatu Romana ecclesia, ista adiungit. Ex his omnibus colligitur quod subditi possunt reprehendere accusare prelatos suos. Sed sicut de Christo dictum est, quod deus dicit, si male locutus sum, &c. ita de istis in aliis epistolis quod suo exemplo prelati dederunt facultatem respiciens subditi accusationem sui, sed non coegerunt.

C. XLIII. ¶ De eodem. Item.

Paulus d Dyaclina e civitatis Episcopus arreatus a subditis de lapsu carnis: vincitur, deponitur in loco eius substituitur.

¶ Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rigore iuri sit factum ex regesto Gregorii ad Ioannem Episcopum prima hystoria. c. 2. epist. 31. potest deprehendi, sibi ait.

¶ Verba sunt Gratiani qui proponit summam sequenti capite quod saepe facere solent multi loci est notatum.

C. XLIV. ¶ Paulus Dyaclina e civitatis Episcopus subditorum accusatione convictus deponitur.

¶ Ator g Nemesion ad nos veniens indicavit, quod Paulus Dyaclina h civitatis Episcopus, inter alia mala in corporali crimine lapsus, a suis clericis accusatus & convictus, Episcopii sententia depositus est: postea cum auxilio secularium veniens, Episcopum more praxonis ingressus est; ablati sunt rebus ecclesie dilectissimum Nemesion latorem praesentium fibulatum, ab eo Episcopatu projecit, & ad summam injuriam, ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque vestra haec omnia curet addicere, & quacunque ecclesie abstulit, omni mora vel excusatione cessante, reddere compellat. Si vero nihil ecclesie, sed proprium se dicitur abstulisse (quamvis grave, & iniquum fuerit, ut non a vobis, vel a metropolitano eius hoc perierit, sed rarario ausu agere praesumpserit) verumtamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestrae debet examine consistare, si verum est. Sed & illud diligenter querendum est, si quid male de rebus dilapidavit ecclesie, ut ex eo quod nunc abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus compellatur.

In hoc capite non referuntur ipsa omnino verba Gregorii [quod a Burcardo & Ivone sit] sententia tamen sua expressa est.

a al. XLIV. b Initio 4. Synodi sub Symonaco. c Epist. l. 1. c. 18. d Anf. l. 2. c. 20. d Burch. l. 1. c. 12. l. 1. c. 13. e al. Dolectina. f al. Dolectina. g Burch. l. 1. c. 12. l. 1. c. 13. h al. Dolectina.



Hoc edito, a non in accusatore, vel depositei ulciscitur, sed in depositei ulterius prosequitur, ut si ultra ad Episcopatum aspirare tentaverit, modis omnibus repellatur, & ad agendum penitentiam perentem in monasterium detradatur. Quam ergo Gregorius ad Episcopatum aspirantem omnibus modis repellit, quem gravem penitentiam subiicit, patet non sua dispensatione, sed canonum censura a subditis esse accusatum & convictum. Et ut jam non exemplis, sed legibus agamus, videndum est, quid Gregorius scribat Innocentio I. & reliquis Episcopis Sardinie, lib. 7. indict. 2. epist. 8. *invenitur.*

C. XLV. ¶ *In originali impresso est, Vincentio, atque quamplicitis Episcopis. In verso autem exemplari Vaticanum exprimentis nomina Episcoporum, ad quos hac epistola scribitur hoc ordine: Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathon, & Victori Episcopis Sardinie.*

C. XLV. ¶ *Quod subdit prælatos suos accusare possunt.*

Metropolitanum vestrum in aliquo postponere non præsumatis, excepto si (quod non optamus) contra eundem habere vos aliquid causæ contingat, ut ob hoc sedis Apostolicae iudicium petere debetis.

C. XLVI. ¶ *Vitam prælatorum subditi nulla dissimulatione negligant.*

Item univ. Episcopis concilii Bizacii, lib. 10. epist. 37.

Sicut (inquit) laudabile discretumque est, reverentiam & honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua inter eos correctio indigent, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absque) corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite. Quædam enim ad nos de Clementino Primæ, vestro perlata sunt, quæ quoniam ita gravia sunt, ut transire indiscussa ullo modo non debeant, fraternitatem vestram hortamur, ut cum omni sollicitudine, ac vivacitate mentis indagare multis modis debeatis illata, & si sunt, ut audita sunt, ultione canonica rescantur. ¶ Admonemus autem, ut non cuiusquam personæ gratia, non favor, non quolibet blandimentum quenquam vestrum, vel ad discutiendum, quæ nobis nunciata sunt molliat, vel à veritate excutiat, sed sacerdotaliter ad investigandam vos propter Deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc apud Deum se noverit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non movetur.

C. XLVII. ¶ *Et hic sennatim referuntur verba B. Gregorii. Quare pauca tantum quedam sunt addita, quæ necessaria videbantur.*

Hæc si quis specialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat quid Gelasius, Cxxviii. i. dicat omnibus clericis d. cuiuscunque ordinis, ita scribens.

C. XLVII. ¶ *Hic citatur numerus capitulum, ut est in codice canonum, de quo in præfatione dictum est.*

C. XLVII. ¶ *Clerici excessus sui Episcopis aurius deferant Romani Pontifici.*

Quapropter nec clericorum quisquam se Apostolice & offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda Apostolica deprompsit auctoritas, sive Episcopum, sive Presbyterum, sive Diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures & Romani Pontificis deferre curaverit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, ut transgressionis ultio

a al. dicto. b al. iudicium requiratis. c al. in eu. d Gelasius Episcopus per Lucaniam, & Brutium, & Siciliam constituit, epist. 1. c. 30. e al. huius. f al. promissimus. g al. nostras.

fiat, & ceteris interdictio delinquendi. Sicut a vero, modis omnibus erit unusquisque Pontificum ordinis, & honoris sui elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supplicanda.

C. XLVIII. ¶ *De eodem.*

Si b quid in ecclesia damni, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ auctoritate & prohibita, Pontificem vestrum videritis admittente, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat, censeamus.

C. XLIX. ¶ *Clerici aut laici sine examinatione ad Episcoporum accusationem non admittantur.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 21.

Clericos e aut laicos accusantes Episcopos aut clericos, passim, & sine probatione ad accusationem non recipiendos decernimus, nisi prius eorum discutatur existimationis & opinio.

C. L. ¶ *Qualibet persona Episcopos aut alios accusans, monstranda documenta inferat.*

C. LI. ¶ *Sacerdotes non accusent, qui ad eundem ordinem provehi non possunt.*

Item Damasus Papa, Stephano Archiepiscopo, epist. 3. cap. 3.

Sacerdotes (ut antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt provehi honorem.

C. LII. ¶ *Nisi irreprehensibiles in majorum accusatione non recipiantur.*

Item Iginus Papa, epist. 1.

Criminationes f majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se suspitione carere, & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conversationem ducere.

C. LIII. ¶ *Colligunt itaque ex his omnibus, quod subditi in accusatione Episcoporum sunt admittendi. Nunc videndum est, an monachi in accusatione Episcoporum sint audiendi. Hadrianus Papa g in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione removere, dicens.*

a al. Sui vero modis omnibus erit unusquisque Pontificum ordinis & honoris elisor. b Ivo p. 3. c. 151. Anst. l. 7. c. 161. Polyc. lib. 3. tit. 12. & l. 4. tit. 18. c Anst. l. 3. c. 115. d In c. Hadriani, c. 24. Cuius in epist. ad Felicem, c. 2. Sixtus III. Episcopus oriental. ca. 2. Lib. 7. capitul. c. 438. e supr. ead. c. testet. ver. sacerdoti. Polyc. l. 3. tit. 1. Eurch. l. 1. c. 172. Ivo p. 1. c. 290. f Item Lucius Papa epist. univ. Ivo p. 6. c. 326. g Item Stephanus epist. 2. & Melchisedes epist. univ. Cap. l. 7. c. 222.

Colligunt itaque ex his omnibus, quod subditi in accusatione Episcoporum sunt admittendi. Nunc videndum est, an monachi in accusatione Episcoporum sint audiendi. Hadrianus Papa g in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione removere, dicens.

a al. Sui vero modis omnibus erit unusquisque Pontificum ordinis & honoris elisor. b Ivo p. 3. c. 151. Anst. l. 7. c. 161. Polyc. lib. 3. tit. 12. & l. 4. tit. 18. c Anst. l. 3. c. 115. d In c. Hadriani, c. 24. Cuius in epist. ad Felicem, c. 2. Sixtus III. Episcopus oriental. ca. 2. Lib. 7. capitul. c. 438. e supr. ead. c. testet. ver. sacerdoti. Polyc. l. 3. tit. 1. Eurch. l. 1. c. 172. Ivo p. 1. c. 290. f Item Lucius Papa epist. univ. Ivo p. 6. c. 326. g Item Stephanus epist. 2. & Melchisedes epist. univ. Cap. l. 7. c. 222.



C. LIII. ¶ Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt.

Placuit a eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus: quia vocem b funestam interdici e potius quam audiri oportet.

¶ Non humanis] In epistola Stephani est, quos humanis & divinis vocibus damnatos vel mortuos esse cognoscimus. In epistola autem Melchiodi est, quemadmodum hic restitutum est ex vetustis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: sed subiungitur. Quoniam infidelis homo mortuus est in corpore vivente. & fortasse significatur locus Marti. d. Dimittite mortuos sepelire mortuos suos: aut locus Pauli, 1. Tim. 5. vivens mortua est: Quamobrem quod proprie pertinet ad homines insanes, maxime flagitios obnoxios (ut est infra, 3. q. 5. canonica.) non bene videtur hic referri ad monachos: sed minime id malitiose factum est, cum Gratianus monachus esset.

Item in concilio Chalcedonensi, cap. 4. precipitur, ut ecclesiasticas actiones monachi atpretare non presumant.

C. LIV. ¶ Monachi in accusatione non sunt audiendi.

Item Pelagius II. Episcopus Italiae.

Nvllus d monachus talia unquam arripiat, nec secularia, aut ecclesiastica negotia perturbare praesumat: quia mortua in talibus vox est eorum.

Sed aliud est, quod ex presumptione assumitur temeritatis, aliud, quod ex necessitate geritur charitatis. Monachi enim ex presumptione Episcopos accusare non possunt, ex charitate possunt. Unde & in canonibus precipitur, ut cubicularii e Episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi, ut de eius vita testimonium dicere possint.

7 pars. ¶ Item illud Eleutherii Papae in epist. ad Gallia provincias omnibus generaliter dicitur.

C. LV. ¶ Conferre convincitur, qui cum possit, per seipsum negligit obviare.

Negligere f, cum possit deturbare perverfos, nihil aliud est, quam sbove. Nec caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori desinit obviare.

C. LVI. ¶ Quantum ex vita merito qui ecclesiam edificat, tantum nocet, si destruentibus non resistat.

Item Hieronymus & tam de se, quam de aliis monachis in primo prologo Biblie 1. scribit, docens.

Sancta quippe iustitias solum sibi prodest: & quantum edificat ex vita merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat.

¶ Biblie] in plerisque, vetustis Gratiani codicibus legitur, bibliotheca.

C. LVII. ¶ Subdit vitia prelatorum reprehendere student.

Item Gregorius h.

Admonendi sunt subditi, ne plus quam expedit, sint subditi: ne cum student plus quam necesse est, hominibus subditi, compellantur vitia eorum venerari.

¶ Collecta est haec sententia ex verbis B. Gregorii tertia parte posterioris, admonitionis decima octava, ubi de elatu & humilibus loquitur.

C. LVIII. ¶ Clerici, sive electi monachi sint cubicularii Episcoporum.

Item Generali synodo praesidens dixit, c. 2.

Cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerunque clerici, qualis in secreto sit vita

a Anst. 1. c. 28. Ivo p. 18. e. 332. Pann. 1. 5. c. 45. b Cod. l. pen. qui accusari non possunt. c al. interdict. d 16. q. 1. qui verè. Anst. 1. c. 62. Polye. 1. 4. tit. 34. e f. ead. cum pastor. f supr. dist. 17. c. error. & dist. 16. cap. facientu. g Ad Paulinum. h 1. 4. reg. c. 28. & post lib. 2. i Anst. 6. cap. 137. Polye. lib. 4. tit. 5.

sui Pontificis, nesciunt, quam, ut dictum est, facilius pueri sciunt. De qua re praesenti decreto constituitur, quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi a pontificali obsequantur, ut is, qui in hoc regimine est, tales b habeat testes, qui vitam eius secreta conversatione videant, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

C. LIX. ¶ Pravos in sua societate Episcopus habere non debet.

Item Virgilio Episcopo Arelatensi, lib. 9. epist. 47.

Pervenit ad nos fratrem & Coepiscopum nostrum renum Massyliensem pravos homines omnino in societate sua recipere, ita denique, ut Presbyterum quendam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatis voluntari, familiarem habeat. Quod a vobis subditur, quirendum est: & si ita constiterit, curae vobis sit hoc sic vice corrigere, ut & qui talem recipit, non familiaritate soveat, sed dicat potius ultione comprimere, & qui receptus est, idem dicat cum la chrymis peccare luere, non iniquitatem immunditatis maculare.

C. LX. ¶ Viros boni testimonii semper Episcopi secum habeant.

Item Pachtalis Papa.

Episcopi lectioni & orationi vacent, & semper secum Presbyteros, & Diaconos, aut alios boni testimonii clericos habeant, ut secundum Apostolum a bonorum Patrum instituta possint irreprehensibiles apparere.

Item Ioannes Baptista d, cum duceret eremitam reus scribas & Pharisaeos, sacerdotes & levitas Iudeorum ad se venientes aspera interpellatione redarguit. ¶ Item ex canonibus finitur [Alii sacerdotes accusare possunt, qui ad eandem quam considerent valent.] Cum ergo monachi ad sacerdotum gradum stabiliter peringere valeant, patet, quod & ipsi sacerdotes esse accusare possunt.

QUESTIO VIII.

D E accusatione verò, qualiter fieri valeat, in canonicis aperte decernitur.

C. I. ¶ Accusatio semper fiat in scriptis. Sit enim Calixtus Papa e ad Episcopos Galliae epistola secunda.

Accusatorum f personae nunquam recipiantur in scripto: nec absente eo, quem accusare voluerit, quibuslibet accusare permittatur.

¶ In epistola Calixti, itemq. apud Burchardum, & hanc habent: Rimandae sunt enucleatae personae accusatorum, quae sine scripto difficile, per scriptum vix nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest, sed propria voce, & praesente eo, quem accusare voluerit, cuiusque & accusatio credatur. Quorum verborum bona pars refertur infra, 2. q. 1. absente. l. quod sumptum est ex hoc eodem epistola loco.

C. II. ¶ De eodem.

Cod. lib. 4. tit. de probato. lib. 1. fin.

Sciant h cunctis accusatores eam se rem desere debere in publicam notionem, quae munita sit iurata testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel in iudiciis ad probationem indubitatis, & luce clarescentibus expedita.

a Cap. 54. supra eadem. b habent tales, qui vocantur] in rig. c 1. Tim. 3. d Luc. 3. supra ead. ca. sacerdot. e 1. 1. Stephanus, epist. 2. 11. f 3. q. 9. c. absintem. Burchard. lib. 1. cap. 171. Ivo par. 5. cap. 289. g al. quisquam accusator credatur. h Cod. de accusationibus. lib. 9. tit. 2. Luit. Cod. Theod. lib. 9. tit. 18.



C. III. *¶* Accusatio semper debet fieri in scriptis.

Item Eutychianus a Papa Episcopus Siciliae, epist. 2.

Quisquis b ille est, qui crimen intendit, in iudicium venit, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripit, custodiat similitudinem i (habita tamen dignitatis estimatione c) patiat, nec impunitam fore sibi noverit licentiam mentiendi, nec calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. *¶* infra. d. ¶ Qui vero ad foribiles, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

¶ Custodiat similitudinem] In originali impresso est, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis estimatione ponatur, nec forte sibi noverit. *¶* c. itemq; apud Hadrianum, nisi quid habet, nec sibi fore noverit. *¶* itemq; apud Ivo nem, *¶* in aliquot v. Gratiiani codicibus, in quorum uno est, habita tamen dignitatis. In Damornia autem legitur: custodiat similitudinem supplicii, habita tamen dignitatis estimatione. Nec forte sibi noverit, *¶* c. In codice est eadem lectio qua hic retenta est.

C. IV. *¶* De eodem.

Item Sixtus III. in epist. ad Episcopos orientales, cap. 4.

Qui e crimen objicit, scribat se probaturum. Revera i sibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objicit, poenam, quam intulerit, ipse patiat.

¶ Revera] Addita est haec clausula, ex originali, qua est etiam apud Fabianum, 7. 3. 9. 6. c. 1.

C. V. *¶* De eodem.

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere, dicens, epist. 2. cap. 4.

Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) praesente videlicet eo, quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare.

Sed Calixtus Papa praecipit, ut accusator praesente eo quem accusat, in scriptis iudicis accusationem offerat, & propria voce litterarum suarum accusatoris legat. Stephanus *¶* autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat.

2 pars. ¶ Que vero sit forma accusationis, & quis modus concipiendum libellorum, Paulus in Digestis, libro h de publicis iudiciis, titulus de accusationibus & inscriptionibus, lege 3. ostendit, dicens: [Libellorum inscriptionum conceptio talis est. Consul & dies. Apud illum praetorem vel proconsulem Lucius Titus professus est se Marciam lege Julia de adulterio i ream deferre, quod dicat eam cum Caj. Sejo in civitate illa, domo illius, mense illo, consiliis illi, adulterium commississe. Utq; enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona, cum qua commissum dicitur, & mensura. Hoc enim lege Julia publicorum iudiciorum le caveatur, & generaliter praecipitur omnibus, qui aliquam rem deferunt. Neg. autem diem, neg. horam iuribus comprehendet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinari non fuerint, rei nomine aboletur, & ex integro repetenda reum potestas fiet. ¶ Item subscribere debet i, qui dat libellum v. se professum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed et si aliud crimen objicias, veluti quod domum suam praebuit, ut supradictum materfamilias pateretur, quod adulterium deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperio supra ac-

a In ca. Hadriani, cap. 6. b Polyc. lib. 1. tit. 1. v. part. 6. cap. 32. c al. estimatione. d Pann. l. 4. c. 76. In cap. Hadriani c. 67. 7. 3. 9. 4. constitutum. Ivo p. 6. c. 33. Et Fabianus epist. 3. 7. 3. 9. 6. c. 1. e sup. 2. 4. 3. c. 3. & 6. Burch. l. 16. c. 3. Ex concil. Atrani. Pann. l. 3. c. 75. Polyc. l. 1. tit. 1. f Burch. l. 1. c. 177. Anst. 3. c. 55. g Ivo p. 5. c. 293. & p. 6. c. 323. Pann. l. 4. c. 33. & 55. h In vulgato legebatur. l. i. i al. lege Julia adulterii ream. k ab est a pandettu Florentini. l al. libelli.

ceperit, & quid simile, id ipsum a libello comprehendendum erit. Si accusator decefferit, aliave qua b causa eum impeditur, quo minus accusare possit, & si quid simile est, nomen rei aboletur, postulante reo, idq; lege Julia de vi, & senatusconsulto c cautum est, ut si licet alii ex integro repetere reum, sed intra quod tempus, videbimus. Et atque xxx. dies utiles observande sunt.]

CAUSA III.

Vidam Episcopus a propria sede dejectus est, petus restitui: post restitutionem ducitur in causam, iudicium postulat, tandem ad eius accusationem procedit quidem non legitime conjunctus, & duo exsames, & tres religiosi: accusatores testes de domo sua produciunt, & alios sibi inimicos extra suam provinciam: reus criminosa iudici offertur ab uno tantum audiendus & iudicandus. Quidam de accusatoribus & testibus absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt: cum multa capitula ce objicerentur, in primo accusatores desiciunt: demum accusatio in accusatorem vertitur.

- 1 Hic primum queritur, an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.
- 2 Secunda de induciis, an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedenda sint.
- 3 Tertio, quo spatio mensum utrique sint concedenda.
- 4 Quarto, an infames, & non legitime conjuncti, ad accusationem sint admittendi.
- 5 Quinto, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda.
- 6 Sexto, an extra provinciam reus sit producendus.
- 7 Septimo, an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia.
- 8 Octavo, an ab uno tantum Episcopus sit audiendus, vel iudicandus.
- 9 Nono, an accusatores vel testes in absentem vocem accusationis, vel testificationis exhibere valeant.
- 10 Decimo, an deficientes in primo capitulo, sine admittenda ad sequentia.
- 11 Undecimo, an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere.

QVÆSTIO I.

Quid restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur.

C. I. *¶* Expoliatis vel ejectis omnia sunt redintegrandas.

Aut enim Cajus Papa, epist. unica ad Felicem Episcopum, cap. 3.

Episcopis a suis rebus expoliatis, vel a propriis sedibus ejectis, omnia, quae eis ablata sunt, legibus sunt redintegrandas, quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen eis objici potest.

C. II. *¶* De eodem.

Item Fabianus epist. 2. Episcopis orientales.

Episcopi, si a propriis sedibus, aut ecclesiis sine auctoritate Romani Pontificis i expulsi fuerint, antequam ad synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegrandas sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiarum, atque res ab amulis, aut a quibuscunque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quicquam potest eis quoquo modo quilibet majorum, vel minorum objicere, dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus caret suis.

¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] Cum haec verba etiam apud Anselmum, licet non sint expressa in originali.

a al. & ipsum libellis. b aliave causa. c al. senatusconsulto. d Mutato verbis, sed in eodem sententia. Anst. lib. 3. c. 46. e Anst. l. 3. c. 50.

